s. antiquam uenerit in possessionem si prohibeatur uenire. hoc interdictum ne uis fiat ei. qui in possessionem missus est. i. mitti iussus est. hoc secundum ut manu militari inducatur in possessionem rei illius a qua fuit prohibitus uel in bona prohibentis. sicut post vi. menses noluit satis dare plegario uel alia repetita. uel noluit uenire responsurus. ut ff. e. l. i. in principio. et l. siquis missus in principio et constitutum. et C. ut in possessionem legatorum. l. scimus. hoc tertium auxilium s. actorem mittendum pro qua consequitur quanti eius res est. i. totum quod interest illius quem prohibitus. ut ff. e. l. i. § i. et contrarium uerba. Ista omnia auxilia potest habere actor quia mutatur in re. postquam autem missus fuit ille habet omnia predicta auxilia est enim istud interdictum restitutorium. ut ff. e. l. i. in principio. et contra hoc interdictum restitutorium ut ff. e. l. i. in principio. et contra hoc interdictum. et contra autem. et l. siquis missus. contra precedentem. et l. ult. contrarium. hic quidam dicunt ut dominus et preceptor meus. R. bulgarus quod interdictum ne uis fiat. et c. non sit restitutorium nisi in casu quo mulier fuit mitti iussa nomine uentris. ut in predicto. l. siquis missus. Innalus autem dicit non esse restitutorium sed tantum prohibitorium. unde si aliquis expellatur non dicitur enim inuari per interdictum sed per actionem in factum. quod autem sit restitutorium quo mulier mittitur nomine uentris. ratio est. quia cum mulier nomine uentris mittitur. omnia debent ei exhiberi sine quibus mulier ad partum perduci non potest. ut ff. de uentre. in possessionem mittendo. l. i. et ultima hoc. et l. curator. et sic sunt eius tamen auxilia competunt ante missionem s. interdictum prohibitorium per quod consequitur actor ne uis fiat sibi. et actio in factum per quam consequitur suum interesse quanti sua interesset non esse prohibitum. et officium iudicis s. ut per manum militarem in possessionem inducatur. ut ff. e. t. l. siquis missus. contra. sed per quam autem uelit in possessionem habet duo auxilia s. actionem in factum et officium iudicis. Ego autem non defendens sententiam domini preceptoris mei. R. sicut fecit cassius quamuis sui doctoris sabini optime excusauit ut ff de arbitris. l. diem. inmo sibi si audeo contradicens. dico interdictum ne uis fiat ei qui in possessionem missus est competere et per quam aliquis fuit inductus in possessionem et fuit inde expulsus. dico enim istud interdictum esse prohibitorium et restitutorium. ut in l. predicta. siquis missus. contrarium et quod ibi de muliere dicitur. gratia exempli notatur. sicut et aliis iuris consulti fecerunt. ubi quod multis habundant exemplis unum tamen notant. ut ff. ad l. aquil. l. ita uulneratum. contra sunt. et ff. de ui et ui. ar. l. i. et ff. ad l. cor. de fal. l. siquis. obsepserit. Et uerba interdicti faciunt pro sententia. ne uis fiat ei. qui in possessionem missus est. non autem dixit mitti iussus. licet ipsi ita exponant quod concedo. quia si aliquis iubeatur mitti si fiat uiolentia sibi quod locum habet interdictum. et est per quod locum habet per quam fuit missus. Et dicit ulpianus par esse prorem mittere aliquem in possessionem. non et missus tuetur. tuetur enim eos. ex quacumque causa mittantur. et sine prohibitus sit. quominus uenire in possessionem sine per quam fuit missus fuit expulsus habet hoc interdictum. uel actionem in factum subrogatam in loco illius edicti. ut probatur. ff. e. l. i. contra hoc interdictum. et contra autem. et contra hec actio. p. ac.

Unde in hoc interdicto actor faciat tales positiones.

Ego dico quod talis iudex communis uel talis potestas precepit quod ego mitterer in possessionem rei talis. Item dico quod idem iudex precepit quod tu non uenisti citatus uenire legitime. uel quia noluisti in cauere nomine uentris. uel noluisti in satis dare nomine legatorum. Item dico quod tu prohibuisti me ire in possessionem. Item dico quod per quam habui tenutam. seu possessionem tu me expulisti. de illa possessione. Item dico quod illam expulsionem dolo fecisti. Item dico quod illa tenuta quam de dicta re mihi iudex iuste dedit. quod tunc sane mentis. Item dico quod tu maior es. xiiii. annis. quod reus faciat tales positiones. p. rei.

Ego dico quod ego debitum pro quo petisti missionem in bonis meis est solui. uel legatum quod pater meus reliquid in testamento ipse in alio testamento ademit. uel ego satis dedi nomine dampni infecti. si ista confitebitur actor absoluetur reus. quia illa missio non fuit iusta. et sic de iure nulla ut supra dictum est per l. ff. e. l. i. contra hec uerba. nec obstat si opponitur quod illa tenuta sit legitima. si iudex iuste precepit. s. precede te et quod ad officium eius pertinet. ut ff. de reg. iur. l. factum. uel ita si preceperit aliquid impossibile non ualet eius preceptum. ff. quod iniustum. ap. rescin. l. ult. Item dico quod tu tamen me prohibuit. Item dico quod tu es inciuitate ista potentior quam ego. si illud confitebitur actor absoluetur reus quia non est ueri simile quod aliquis minus potens inferat uiolentiam alicui potenti. ut ff. quod met. causa. l. non est uerisimile. Item dico quod dixi tu manu uel oculos tamen extorsi per quod tu aufugisti. si confitebitur actor absoluetur reus. quod ubi timoris nulla sit existimatio. ut ff. de re. iudi. siquis ab alio. Item dico quod illo tempore quo dicis me tibi uiolentiam intulisse eram furiosus. Item eram minor. xiiii. annis. et sine capacitate doli. si esset pupillus et doli capax tenetur ut ff. de reg. iur. pupillus. Item dico quod dominus meus. uel pater meus in potestate quod ego illam uiolentiam tibi inferre. si confitebitur actor absoluetur reus. ut supra dictum est. p. ff. e. l. i. contra illud non obstat si opponitur sui maioribus dominus non debet parere. ut ff. de act. et ob. sui. Re. uerum est in maioribus. at uero non est atrox prohibere aliquem uolentem adipisci possessionem uel expellere aliquem qui sit in possessionem. Item dico quod ego credebam hoc mihi licere. Item ego credebam quod res illa esset mea. uel esset mihi obligata. In hoc autem interdicto concipietur ita libellus.

Vobis domine .o. potestas pl. c. e. R. de c. libellus.

quia prohibuit me. ut in possessionem rei talis s. tali. in quam rem per sententiam iudex me mittendum decreuerat. unde nemine prohibeat ago contra ipsum. ad hoc proprio interdicto ne uis fiat ei qui in possessionem missus est. uel actionem in factum subrogatam in loco ipsius interdicti. uel sumus petere tantum interesse. s. quanti tua interesset non esse prohibitum. Alia omnia que in predicto libello dixi et adiciat illud. iure quia interesse mea in e. non esse prohibitum ideo illud interesse peto. ad hoc propono actionem in factum descendentem ex eo edicto ne uis fiat ei qui in possessionem missus est. quod ita recte concipiatur libellus. dic. l. ff. e. l. i. in principio. et § ii. et iii. et contra uerba. Sicut non iure poteris actiones proponere. poteris tamen concipere libellum. ut dicas.

Vobis domine .o. potestas pl. c. e. R. de c. libellus.

qui me ne in possessionem rei tal. s. seii. prohibuit in qua rem per iudex me mittendum decreuerat. unde quod in possessionem rei illius mittar manu militari officium iudicis propono et uestrum officium domine iudex imploro. quod ita recte concipiatur libellus. ut e. dic. l. ff. e. siquis missus. contra et ibi dat consilium. ulp. quod melius sit agere officio iudicis quam proponere interdictum. et quod melius. ideo ut puto quia tu iudex non recipies libellum. inmo ex officio suo procedet de plano et mittet te in possessionem ipsius rei. uel non unquam inmo sepius manu militari et ideo dicit melius quia sine expensis procedet ista petitio sine maxima dilatione quod multotiens interuenit in causis sine

timore q multotiens contingit cum eventus litis sit dubius. ut ff. de mino. l. minoribus. xxv an. ut. ff. ut. l. seu fidi co. no. ca. l. i. et ff. de peculio. q debetur. Et illud pono q ubicumque imploratur officium iudicis q non sit dandus libellus. s; hic ideo concipe libellum propter quosdam iudices qui sicut vidi sepe de facto non audiunt aliquem et supponat officium iudicis. nisi in libellum concipiat. ut fieris coram eis scias libellum concipere. Sed videtur q primus libellus sit male conceptus. immo non videtur q habet locum istud interdictum. nemo fiat ei et q primo mittitur in tenuta nullam habet possessionem. s; sunt in possessione rei servandae causa. ut ff. de aq. pos. possideri. §. ff. et ff. quorum. le. l. i. cca fi. §. de colunne. et ff. uti pos. si duo. § creditores. si ergo non possidet. ergo interdictum non habet. cum interdicta sint retinende vel recuperande sive adipiscende possessionis dantur ratione possessionis. nam et colonus. vel inquilinus quia non possidet s; tenet propter tenutam non habet interdictum. nisi pro possessore. unde vi. ut ff. de vi. sue. non solum. § quod vulgo. et ff. de in. et in. ar. colonus. et l. cum fundus. Et esto q aliquis mittatur in tenutam quoque secundam q ad. pro nullum l. habet s; quoad petitorium. sic. nam acquirit sibi ius pignoris q vocatur pretorium. ut. c. de preto. pign. re. l. i. et ii. et c. qui po. in pig. ha. l. ii. et iii. et c. ut. p. le. sis qui et l. qui legatum. Re verum est q opponis. nam istud interdictum non datur ratione possessionis. si enim aliquis mittatur in tenutam verum est q non possidet s; est in possessione. longe enim est aliud possidere et in possessione esse. ut dicunt leges allegate. et ideo propter summam necessitatem fuit inventum istud interdictum. ut qui adversarii conviviari non poterant illi qui mittuntur in pos. ideo preter illud auxilium invenit ut quos mittetur in pos. iuvet alio beneficio interdicti. ut. ff. e. l. i. Si autem fuit aliquis missus in possessionem et postea expellatur concipiet ita libellum. libellus.

Vobis domine. o. c. e. R. d. o. q̄ prohibuit me esse in possessionem rerum seii in qua p. iudex me misit. unde ut illa possessio mihi restituatur ago contra ipsum. et ad hoc propono interdictum. nemo fiat ei qui in possessionem missus est. vel actionem in factum subrogatam in locum ipsius interdicti. Si autem vis petere tantum interesse. sua omnia que in predicto libello dixi usque ad ubi. unde et c. et istud addas. unde quia interest mea non esse prohibitum vel expulsum. x. c. ideo illud interesse peto. et ad hoc propono actionem in factum descendentem ex eo edicto. nemo fiat ei qui in possessionem missus est. q ita recte concipiatur iste libellus. probatur. p. l. ff. e. l. i. §. i. et ii. et iii. et hec actio. Tertio modo potes libellum concipere ut supra dixi. libellus.

Vobis domine. b. o. c. R. d. o. q̄ cum me non permisit. vel prohibuit. vel expulit de possessione rerum talium seii in qua p. iudex me miserat. unde q in illa possessione inducar manu militari officio iudicis propono. et super hoc ipsum officium imploro domine iudex. q ita recte concipiatur libellus. dicit lex. ff. e. l. si quis missus. §. i. Questio. Sed opponitur q nec primus. nec iste libellus. videtur bene concepti. nam aut vis adipisci possessionem. quia non habuisti. aut recuperare quia habuisti. si vis adipisci non quia proponis istud interdictum. quia non est adipiscende. ut tamen interdictum quorum bonorum. ut insti. de interdic. § adipiscende. item interdictum quorum bonorum. ut insti. de interdictis. § adipiscende. Si vis recuperare p. et ita formare secundo loco libellum non videtur q competat. nam nullum interdictum invenimus recuperande. nisi unde vi. ut insti. de interdictis. § recuperande. Re verum est q opponis si tractaremus de possessione adipiscenda. vel recuperanda. sed hic non tractatur de eo qui vult recuperare p. s; de eo qui sit in pos. sic supra dictum est. Illud autem sciendum est q multi advocati adiciunt in libellis causam quare iudex dederit eis te-

nutam. quia dicunt in qua p. iudex me misit. vel pronunciavit mittendum propter talem causam. vel legati. vel debiti. et similium. si vis apponere bene potes et procedet libellus sine calumpnia cum causa sit in libello inserenda. ut dixi. s. de ac. agendi. si autem non vis apponere. nichilominus recte concipiatur libellus sic supra dictum est. Illud autem nota q quidam iudices qui dant tenutas vel qui aliquem mittunt in possessionem. vel secundum iura vel secundum constituta civitatum male formant sententias. nam ita dicunt. nos tales iudices quia seius legitime citatus a nobis. coram nobis non comparuit. vel quia de legato de lecto titio noluit satisdare. vel quia noluit cavere nomine dampni infecti. ideo titium mittimus. in possessionem bonorum eius et talem nuntium damus qui titium mittat in tenutam. lata fuit sententia in pistorie in tali domo ubi curia tenebatur presentibus talibus. dico hanc hanc sententiam male formatam. quia dicunt nos mittimus in exponeres. i. mitti iussimus. sic. s. exposui. et sic exponitur reshaussetur. i. restitui iussus. ut ff. de rei vin. si ad. It male pronuntiant propter aliud quia dicunt nos mittimus et damus talem executorem. Si ergo mittunt quare dicunt damus talem nuntium. It dicunt nos mittimus. et forte res est extra civitatem. per x. miliaria. quo ergo iudex cum sit apud pistorium mittet eum in tenutam de re illa cum non ante constituat illud pignus pretorium. nec acquiratur tenuta. antequam missus sit in possessionem. ut ff. de act. pig. non est mirum. unde consulo q ita forment sententias. nos tales iudices pronuntiamus titium mittendum in possessionem rerum seii. et ideo damus talem nuntium qui eum mittat in tenutam. Questio. It ultimo loco opponitur q non quia actio in factum locum habet. nam actio illa in factum penalis est. ut. ff. e. l. i. § plt. quo ergo competit ratione recuperande vel habende illius tenute. Re. verum est. q est penalis respectu rei s; ratione actionis est persecutoria in esse. sic alias sepe invenitur q actio aliqua est penalis respectu solventis. ex parte recipientis non. ut ff. de eo per quem factum erit. l. i. § si plures. It illud nota q ista actio in factum est annalis pretor quia competit pro legatis satisdatione. ut ff. e. l. i. § fuit.

Si aliquis succedat aliquibus ex testamento vel ab intestato. voluit bona defuncti que ab aliis possidentur que ad possessionem petere habuit interdictum quorum bonorum. Re. de interdictis.

Quia multotiens aliqui vocantur ad successionem alicuius ex testamento vel ab intestato et volunt possessionem hereditariarum rerum a possessoribus recuperare vel avocare. ideo qualiter eis consulatur fuit inventum a pretore hoc interdictum. quorum bonorum cum petitione hereditatis. sive directa sive possessoria non avocetur possessio. s; ipsa rerum petatur. et sic est una differentia inter illud interdictum et petitionem hereditatis sunt et alie sicut in fine notabo. ¶ Unde ad hoc ut istud interdictum competat tot sunt necessaria. primum q si aliquis vult proponere istud interdictum ab intestato necesse est q probet se filium defuncti. vel agnatum seu cognatum vel proximiorem. ut. c. e. l. i. insti. et l. ii. et iii. ¶ Secundo q qui ab intestato proponit istud interdictum. q petierit bonorum possessionem. vel unde liberi. vel unde agnati. vel unde cognati. Tertium q sunt concessa ista bo. p. ut. c. e. l. i. et ff. e. l. i. Sed istud quod dicimus de bo. p. petita attende non ut olim cum sollempnitate s; tamen simpliciter a pretore. ut c. qui admittitur. ad bo. p. l. ult. et c. de eu. fi. l. f. insti. primo eo lupine. ¶ Quartum q ad hoc ut directe competat necesse est ut succedat de iure pretorio. nam cum istud interdictum sit pretorium et alia sit pretorium directum competit ei q de iure pretorio succedit quia et ubi et sua interdicta concordant ut sciunt.

dat aliquis de iure civili. non habet locum directum interdictum, sed utile quia contradicit sua verba d[e]stituunt. quia succedenti de iure civili non datur ex edicto pretoris bo. p. nam de verba et sua loco habet directum auxilium competit. de sua sola utile. ut ff. si qua pau. f. d. l. plt. et hoc est dicit dominus meus. et ita nota uit in summa tituli istius. licet quidam dicant quod hodie directum competat maxime ab intestato. nam cum hodie sit sublata omnis differentia. et sexus et emancipationis et patrie potestatis ut in aut. de here. que ab intestato. de. sequitur ergo quod omnia sit exequata ergo sicut de iure pretorio succedenti datur directum ita et succedenti de iure pretorio. sed dominus meus dicit hodie esse sublatam differentiam, quia unius alteri non preferatur sed non est sublata quin hodie qui succedit de iure pretorio non succedat per suas suas consuetas et iura. unde puto eum hodie esse utile illud interdictum datur succedenti de iure civili. quod magis approbo. Contrarium quod advocet quis universitatem et non res singulas. ut ff. e. l. i. §. Sextum quod agat quis hoc interdicto contra possessores rerum corporalium. non contra debitores hereditarios. ut ff. e. l. ii. Sicut testamentum fuit ille pro quo bona aliquis vult proponere interdictum. si ubi quis vult proponere fuit institutus in illo testamento et erat talis qui vocetur de iure pretorio petita bo. pos. secundum tabulas quam proponet de voluntate non de necessitate, ut inst. de bo. pos. et no. in simili de bo. p. habebit interdictum illud quorum. bonorum directum. Si autem erat talis de iure civili succedat habet illud interdictum utile. Sicut in illo testamento fuit filius iste preteritus potest petere bo. p. c. contra tabulas, et quia subvertat testamentum et proponet interdictum quorum. quod diu enim testamentum tenet ab intestato hereditas adiri non potest. ut ff. de aqui. he. quamdiu et ita intelligitur l. e. c. l. i. repertus alius glossulus quod dicit quod aliam bo. po. petierit sibi filius preteritus. Sicut fuit exheredatus. si fuit emancipatus petet bo. p. vii. extraordinaria de qua habes inst. de bo. p. septima. vel petet bo. p. que vocatur gratia liberis agnoscende. de qua habes ff. de inoff. te. l. pap. per quas bonorum p. redigetur in locum suorum et postea proponet querelam inof. t. et sic rupto testamento proponet postea interdictum. Sed certa ea que dicta sunt duobus modis queritur. primo quia dicit quod debet plure sessium in est quod hoc probo sit impossibile. ut ff. de q. et de l. lucius. Secundo probabit sessium c. s. stando semper imp. filiationis. ut ar. ff. de donat. l. donationis, et ff. de condit. l. i. Item secundo queritur certa parte qui vult interdictum illud quorum bo. debet plure se bo. p. admisisse ut supra notavi. Sic huius bo. p. ad quod proponet interdictum cum illum interdictum rerum avocet. ut supra dixi. Ite. s. peterit. bo. p. et huius quod ius est. nam bo. p. est ius acquirendi patrimonium retinendique quod fuit cum morte. ut ff. de bo. p. l. iii. primum interdictum autem avocat quod p. quod fecit. Item per interdictum advoco p. bonorum. probo. per unum liberi vel al. avoco bo. p. quod valde differt. ff. de v. sig. l. Item queritur an hoc interdictum sit adipiscende possessionis vel retinende. Re. lex videtur velle quod sit adipiscende p. et quod sit restitutorium. ut ff. e. l. i. Iulit. quam legem quidam intelligunt quod sit adipiscende p. in extraneis heredibus. in suis autem heredibus sit restitutorium. ut inst. de interdictis. et restituendum et quia p. continuatur in descendit ad suos heredes. ut ff. ex exqui. c. ma. mi. re. cum miles. In extraneos autem non descendit p. in specialiter comprehenditur ff. de aq. p. cum heredes. Dominus autem et preceptor meus R. dicit hoc interdictum esse adipiscende p. et restitutorium adipiscende inspecta p. ei quod p. restitueret. sic leg. de interdicto quorum legatorum quod dicitur adipiscende p. ut ff. quorum le. l. i. in prin. inspecta p. ei quod de nove adipiscat possessionem. excepta autem ei qui restituat dicitur re

interdictum propter rationem quod superius assignavi. p. l. ff. de acqui. hi. quamdiu. si autem filius erat talis quod de iure civili potest vocari quod in potestate fit si sit exheredatus proponet primo querelam et sic rupto testamento proponet postea interdictum

restitutorium. ut ff. quorum. le. l. i. in prin. nec obstat lex. ff. ex quib. c. maio. l. cum miles. quia quod ibi dicit p. continuati descendit ad heredes ita intellige. i. usu capio que sine p. non procedit. ff. de usu ca. l. sine pos. et hoc est quod dicit ibi in lege illa. cum miles lictam sequens id adita hereditate completur. s. usu capio. et sic ponitur id propter quod fit pro eo quod sit. ut et al. de errore calculi. i. de errore computationis sit vel faciende per calculum. unde in hoc interdicto actor faciat tales positiones. **Positiones**

Ego dico quod sum filius titii. si confitebitur reus. **Actoris.**

iam constat de filiatione. Si autem neget dicat ego dico quod titius me habebat pro filio suo. Item dico quod ipse me vocabat filium. Item dico quod berta fuit legitima uxor titii. Item dico quod ego fui natus ex illa berta. Item dico quod illa berta est libera mulier. Item dico quod titius iam fuit xx annis. quod in ut accessum ad eam et eam in domo retinebat. si illud confitebitur reus constabit de filiatione. ut ff. de ritu. nup. l. in libere. et ff. de adop. l. quia. Item dico quod titius mortuus est. si illud confitebitur reus erit de bonorum. quia potest intemptari interdictum quorum. bonorum alioquin si iniret secus. quia non debet quis esse sollicitus de hereditate viventis. ut ff. de vul. et pu. sub. l. ii. in fi. bo. p. bonorum in bonis viventis peti potest. c. de cap. et p. li. reversis. l. nec vos. Item dico quod ego petii. bo. p. unde liberi. vel aliam. ut supra dictum est. Item dico quod dominus ornaldinus de portacia pistorum potestas michi concessit illam. Item dico quod fui emancipatus ab illo titio. Item dico quod ego advoco p. omnium rerum que fuerunt titii. Item dico quod tu possides res mobiles et immobiles titii. Contra reus faciat tales positiones. **Positiones rei**

Ego dico quod tu fuisti filius seii. si illud confitebitur actor succumbet. quia non fuit titii. Item dico quod titius ille de quo dicitur filium vivit. si confitebitur actor absolvetur reus. ut supra dixi. Item dico quod tu petiisti. bo. po. et fuit tibi denegata. Item dico quod sempronius possidet omnia bona illius titii. **Libellus.**

Vobis domino c. e. R. de c. qui tenet seu possidet bona que fuerunt quondam titii cui titio ego ab intestato vel ex testamento successi. unde eorum p. peto michi dari. vel tradi. et ad hoc propono interdictum quorum. bonorum vel actionem in factum subrogatam in locum illius interdicti. quod ita recte concipiatur libellus. dicit l. ff. e. l. i. et inst. de interdictis. et adipiscen. multi tamen sapientes concipiunt libellum hoc modo. **Libellus.**

Vobis domine c. e. R. de c. qui iniuste tenet seu possidet bona que fuerunt quondam titii cui titio ab intestato vel ex testamento successi et quorum bonorum p. mihi agnita est. p. michi restitui peto et ad hoc propono interdictum quorum. bo. p. vel act. in factum subrogatam in locum ipsius interdicti quod ita recte concipiatur libellus. probatur per iura proxima dicta. et per l. c. e. t. l. i. Sed iste libellus patitur calumpniam. in primis quia superuacuo ponitur in libello iniuste. Item et superuacuo ponitur quod petii. bo. p. unde liberi et fuit michi concessa. Item male ponitur peto illorum p. michi restitui cum quod p. actoris sit adipiscende et non restituendi. ut ff. e. l. i. Sed Ren. ipsi sic et dominus py. voluit notare quod bene est restituendi p. habito respectu et quantum ad personam actoris qui a eadem est p. testatoris et heredis. ut in aut. de iure. in. quod a. mo. p. certa parte. Sed dominus meus aliter dicit quod ibi verbum restituere ponitur improprie et propterea libellus non reprobatur. Illa et michi restituitur quod numquam habui. sic et alibi dicitur quis reddere quod numquam habuit. sed de novo dat. ut ff. de v. sig. verbum et ff. de leg. ii. l. cum quidam. et sic improprie ponitur. proprie autem restituere dicitur michi quod aliquando habui. Veruntamen attende quod quandoque ponitur interdictum ab eo quod succedit ab intestato et de iure pretorio proponet interdictum directum. Si autem de iure civili proponet utile sic supra notavi. Illud autem interdictum competit toti universitati ut supra dixi. Sed quid si res singulas

ris quesitur patris mei ante possidetur quo iure possum auoca
re. p. illi. Rei ue. edo utile interdictum quorum bonorum competere. nam
directum per uniuersitate competit ut supra dixi pro re autem singulari
edo here loco utile. cum licet uerba destinat singulariter tamen loco habet. et idem
est in toto quo ad totum et in parte quo ad partem. ut ff. de rei uin
dicatione. et ff. de admi. tu. l. si duo. Illud autem inquirendum. notandum quod
illud interdictum differt a petitione hereditatis. et ab edicto diui a
driani. seu edicto ex lege iustiniani. c. de edicto diui. adri. tol. illud
enim interdictum est adipiscende iure pretorio. ut ff. eodem l. i. petitio hereditatis de
iure ciuili. ut c. de pe. he. l. i. et ff. de pe. he. l. hereditatem. quod
prodest. Item illud interdictum directum uendicat uniuersitate tantum.
ut ff. eodem l. i. petitio hereditatis directa uindicat et rem minu
mam. ut ff. de pe. he. l. Regulariter et l. licet minimam. Item illud
interdictum non datur contra debitores hereditarios. sed tantum contra corporum
possessores. ut ff. eodem l. f. petitio autem hereditatis datur contra debito
res, siue contempdat. heredes. ut ff. de pe. he. l. si debitor. et l. quod
si. Item illud interdictum est possessorium petitio hereditatis petitorium. ab
edicto constitutione autem diui adriani differt quia illud pretorium il
lud ciuile. Item illud interdictum de eo quod non peruenit ad possessorem anna
le illud perpetuum. hanc differentiam nonnullum approbo. quia cum utrumque
petat mitti se. in possessionem et corporum non possidet dici quod infra annum debet
petat. Item illud interdictum directum datur succedentibus de iure pretorio.
Illud datur succedentibus de iure ciuili. Item illud interdictum
non datur si aliquis probet se filium et petisse bo. p. et ad illam
admissum. in illo autem edicto non ab eo necesse probare missum ut
ar. c. de edicto di. a. tol. l. f. Re. non ita plene sicut interdicto quorum
bonorum. Concordat autem utrumque quia utrumque possessorium utrumque datur contra
corporum possessores et alie sunt differentie quas peritus poterit
inuenire. Si legatarius sua auctoritate ante aditam heredi
tatem occupauit rem sibi legatam tenetur heredi resti
tuere rem illam per interdictum quorum legatorum. Rubrica de interdicto quorum legatorum.
Sepe contingit quod legatarius dum occupat possessionem rerum sibi
legatarum in testamento uel codicillis sua auctoritate sine uoluntate he
redis. ideo qualiter heres possit a legatario possessionem auocare succurrit
pretor per interdictum quorum legatorum. Unde ad hoc ut illud interdictum
locum habeat tot sunt necessaria. Inprimis quod testamentum uel codicilli sint facti.
Secundum quod sint facti codicilli. uel testamentum a tali qui potest testari possit. non
quod filius f. et patre uolente. ut ff. de do. ca. mor. l. tam. et infra.
quibus non est. permissum facere testamentum. institutiones. et ff. de condit. inst. iii. et iiii. l. cum hic
status. consimiles. non est minor. xiiii. an. ut. c. qui prouocare
non est necesse. l. ii. non furiosus non iscun bonis interdictum est. ut
c. qui te. fa. p. l. patruelis. et l. furiosi et ff. qui te. fa.
p. l. qua etate. et l. qui in potestate. et l. filii f. et l. nemini bonis
et l. si filius. non obsides. uel illi qui de statu suo dubitant. uel qui est
uicti. uel apud hostes. ut ff. qui te. fa. p. l. obsides. et l. de statu
suo. Tertium quod illi codicilli. uel testamentum sit de iure facti. ut ff qui
te. f. p. si queratur. Quartum quod legatarius occupauit possessionem
rerum legatarum sine uoluntate he. ff. eodem l. i. § i. Quintum
quod occupauit ante aditam hereditatem heredis alioquin si post primum
retur ex toto. quia admitteret legatum illud est. post occupa
uit. ut. c. de legatis. l. non est dubium. licet multe alie solutiones
dentur. sed hanc approbat dominus meus ut notatur in summa titu
li istius inst. Sextum quod si heres acomodat uoluntatem lega
tario occupanti. acomodat ante aditam hereditatem, uoluntate
acomodat cessaret interdictum. ut ff. eodem l. i. § quod ait pretor.
Septimum quod in hereditate illa non sit falcidia. nam si esset falci
dia in hereditate cessaret interdictum et hoc multi sapientes
approbauerunt et approbat dominus meus. sicut notat in summa titu
li istius. et probatur hoc ratione. nam per illud interdictum heredi consulitur
ut successio sit conuulsa legatis per quartam retentionem. C. eodem l. uni
cum. Item illud interdictum datur heredi adiunctis. ut ff. eodem l.
ult. § ex hoc interdicto. et in alio non prodest; interest heredis. et ratione fal
cidie. ut probatur per ar. ff. eodem l. i. § si quis ex mortis. Octa
uum quod heres satis det uel paratus sit satis dare legatari
o. scilicet quod deducta falcidia restituat legatum legatario. aliter non
satis det interdictum hoc non intentabit. ut ff. eodem l. i. § quod ait
pretor. si satis datum. et l. f. § quod ait pretor et § supremo. adeo est hoc
uerum quod et si legatarius sit missus in possessionem ex decreto iudicis et
heres uult satis dare quod habet hoc interdictum. licet legatarius non
occupauit sua auctoritate. sed huius pretore auctore. ut ff. eodem l. i. § quod
si tale est. Nonum quod promiserit heres satis dare. nam si aliquis no
luit satis dare et nunc non uult numquam habebit interdictum illud
ad ipsius enim interdicti nos referimus. ut et si heres paratus satis
dare. ut ff. eodem l. f. in fine. Item ita attende quod tenentur heres
satis dare in legatarii. Decimum quod taliter sit satis datum quod ac
quisita sit actio legatario ipso iure. l. per suum uel per se ipsum
uel acquiri possit saltem per actorem mandati puta per procuratorem.
ut ff. eodem l. i. § satis datum. Quid autem differat illud interdictum
a quo est competatur. infra dicemus. Unde in hoc interdicto actor fa
ciat tales positiones positiones actoris.
Ego dico quod titius fuit pater familias et maior xiiii. annis. Item dico quod ipse fuit
ipse fuit liber. Item dico quod fuit homo sane mentis. istas confessiones
ad cautelam facio. nam et si non constat plurimo quod liber presumitur testari
et est probatur qualiter testari non potuit. c. de codicillis. l. nec
furente et ff. de pro. ab eo parte. Item dico quod ipse fecit testamentum uel
tamen in quo est talem domum reliquid. Item dico quod ante quam
adires hereditatem tua auctoritate possessionem illius rei occupasti. Item dico quod
occupasti sine uoluntate mea. Item dico quod licet accomo
dauit est uoluntatem acomodaui ante quam adires he
reditatem. Item dico quod tamen legauit est titius testator. quod falcidia
in dee. Item dico quod ego est satis dedi pro legato est prestando uel sum
ego paratus satis dare. Item dico quod ego satis dedi tuo procuratori
uel sibi paratus sum satis dare. positiones rei.
Et contra reus faciat tales positiones. Ego dico quod rem illam legatam
mihi in testamento titii occupauissem si istud confitebitur actor ab
soluetur reus. Item dico quod rem illam quam apprehendi apprehendi de
uoluntate tua. Item dico quod tu fuisti institutus a titio. Item
dico quod ille titius mihi legauit domum illam in testamento suo uel codicillo
dicitur. Item dico quod ego apprehendi possessionem domus illius mihi legate de
uoluntate tua quam acomodasti post aditam hereditatem. Item
dico quod tamen est in hereditate quod potest est consistere in lege fal
cidia. Item dico quod tu recusasti mihi satis dare. Item dico quod tu nolu
isti dedi titio quod est tamen procuratore suo. Item dico quod nolu
isti mihi satis dare. sed post quam petiui recusasti mihi satis da
re. In hoc autem interdicto concipietur talis libellus. libellus.
Vobis domine. o. conqueritur. R. de c. qui domum talem cuius fines sunt
tales legatam sibi in testamento titii. cui titio ego ex testamento
successi. sua auctoritate. iacente hereditate occupauit. unde
predictam domum possessionem mihi tradi. uel dari peto. uel predictam domum mihi
dari uel tradi peto et ad hoc propono interdictum quorum legatorum. uel actionem
in factum subrogatam in locum ipsius interdicti quod ita recte concipi
atur libellus dicit l. ff. eodem t. l. i. in principio. multi tamen sapien
tes ponunt in libello cuius domus possessionem. uel quam domum peto mihi re
stitui cum illud interdictum dicatur restitutorium. ut ff. eodem l.
i. Sed hoc est calumpnia procedit et qualiter dicatur restitu
torium eadem hic repetas que notaui in superiori interdicto
dicto circa libellum. Sed illud nota quod hoc interdictum datur
contra eos qui possessionem corporum ex fructibus. ut ff. eodem t. l. i. § i. et § quod
ait pretor. licet supra interdictum non competat contra possessores
rerum corporalium. Item illud nota quod illud interdictum datur

contitulo possidentem. licet supra detur contra illum qui possidet pro herede. vel possessore. ut ff. quorum bonorum. l. i. Ubi non aliquis proponat hoc interdictum procedit de consilio sapientum. ut quare inter advocatus super re ista quam possides. possides pro legato si. Respondeo. possideo pro legato et tu bisceris quod prius rei ille occupavit hereditate iacente. propono contra ipsum illud interdictum quorum legatorum. sicut heres et dicat ego possideo ex alia causa puta pro dote. pro emptore. et non ut legatarius tunc illud interdictum non datur. sed cum hereditate et sit heres dominus per traditionem. ut ff. de acquirenda possessione. l. cum heredes. vendicet rem illam per petitionem hereditatis. vel pro rei vindicatione. a possessore. Sed quid si testator non fuit? proponat publicianam. contra testatori competebit quia illud in transivit in heredem. sicut in publiciana competebat defuncto. proponat in factum. ut ff. de pro. de verbis. quod. Sicut pro nonnulli respondent advocatus proponat petitionem hereditatis. et illud interdictum quorum legatorum. sic lex dat consilium. ff. e. l. i. § in. sed istud interdictum locum habet in eo casu quo hereditas non fuit adita. Sed quid si legatarius post hereditatem aditam ab herede. pro rei sibi legate apprehendat. diximus. s. quod dominium amittit. pro l. c. de le. l. non est dubium. et ita sentit dominus meus. Questio. Sed videtur quod stare non possit. nam adita hereditate dominium rei legate transit in legatarium. ut ff. de furtis. actio. et ff. ii. de leg. l. legatum. quomodo ergo cum sit dominus factus debet puniri in aliquo cum res illa apud neminem fuit quod ad pro. et ita cessat oppositio de debitore. qui licet sit dominus tamen punitur si rem subripit creditori. ut ff. de usucapione. sequitur. et ff. de furtis. l. et sic cessat oppositio in legis. si quis in tantam. et eodem. divi marci. nam ibi pro. erat apud alios et ideo invasor seu occupator punitur. Respondeo lex illa non est dubium intelligitur. non de legatario occupante. sed de herede. quod dicit quod si heres subtraxit aliquid de hereditate quod denegatur ei. i. hereditaria actio. l. legis falcidie retentio seu petitio pro legato. ut ff. ad l. falc. l. f.

vel si loquitur in legatario occupante. locum habet quando fuit ab herede apprehensa. pro. sic ibi notat dominus Al. Vel aliter lex illa non est dubium loquitur in eo casu quo res fuit legata ignorante et non ipse. et sic cum non potuerit transire in legatarium dominium rei legate ignorante merito punitur legatarius si occupet. Questio. Si queratur quid differat ab edicto divi marci. Respondeo istud interdictum consulit tantum heredi. ut et pro rei legate. auocet. illud edictum consulit debitori auocante sibi rem creditore et imponit penam iuris quod habebat ibi creditor. Questio. Item quid differt a si quis in tantam. Respondeo quod illa constitutio loquitur quando res invaditur. et pro. erat apud alium constituta. Questio. Item quid differt a constitutione. cum quereretur. loquitur quando aliquis invasit rem alicuius pro. vacatur. ut. c. unde vi. l. cum quereretur. Respondeo illa loquitur in pro. vacanti. absentium. et inventium. haec autem interdictum loquitur de pro. vacante. rerum que fuerunt defuncti quia multo totiens fuit testamenta et petuntur ab aliquo exhiberi ideo fuit proditum seu inventum interdictum de tabulis exhibendis. unde quid differat ab actione exhibendum. vel ab edicto quemadmodum testamenta aperiantur. infra dicemus. Unde ad hoc ut istud interdictum competat tria sunt necessaria. in primis quod testamentum, seu codicilli. fuerint sive. sive sint perfecti. sive imperfecti. sive veri sive falsi. sive ab initio valeant. sive postea rupti dicantur. sive facta sint ab eo qui habuit factionem testamenti sive non habuit. sive sint prime tabule. sive ultime. Questio. Sed videtur mirabile. quomodo hoc interdictum competat pro

illis tabulis exhibendis que false sunt. cum falsum testamentum ab usu videatur testamentum. ut ff. de vi. signi. l. pupillus. Respondeo. Item quomodo competatur pro illis tabulis que nulle sunt. vel quia posteriores. vel quia rupte. vel ab eo facte qui factionem testamenti non habuit. ut supra dictum est. nam non videtur interdictum competere nam omnia interdicta dantur ratione interesse et est istud ut ff. e. l. ex. § condempnatio. quomodo igitur condempnabitur ad interesse cum nichil mea intersit testamentum falsum. vel ruptum. vel imperfectum exiberi. Respondeo dominus et preceptor meus. R. quia contempnit preceptoris imperium et decet eum qui non exibet. non enim dicit iudex. apud quem agitur exibe testamentum quod indicatur approbare illud testamentum. sed cum ab actore verum illud testamentum dicatur. pretor iubet exiberi. si ille non exibet condempnabitur postea pro sua contumacia ac si ille tabule fuissent vere. et quia hoc presumo ex quo non exibuit. et quia contempsit preceptoris imperium. nam si nuntio novum opus. et tu contra nuntiationem edifices teneris destruere. et si diruere edificabas et ego non nuntiandi non habebam. ideo teneris destruere quia fuisti contumax. et quia est presumptio pro me iuris. et videtur quod iuste nuntiasse. et quia contempsisti preceptoris imperium ut ff. de op. no. nu. l. pretor. § interdictum. Item unde optimum sit non vacabam aliquem in ius pro calumpnia. tu eum quem a iudicio exemisti. certe teneberis michi ad totum quod extima vero. non autem ad illud quod ad me pertinuerit interesse. ut ff. ne quis eum qui in ius vo. f. vi. ex. l. pult. l. Respondeo et l. ult. vel et punitur quis ideo quia contempnit preceptoris imperium. ut ff. de in. act. l. de etate. § interrogavit. dominus. tamen oz. aliter voluit Respondeo quod in predicta vero est quod oppositis quod istud interdictum competit ratione interesse quantum ad diffinitivam sententiam cum ab illo quo petitur interesse. nec est diffinitive condempnatur reus non actoris interesse sit. sed interlocutorie potuit condempnari si habuit facultatem exabendi. et sic manu militari compelletur. ut ff. de rei vin. qui restituere. sicut de interesse tractatum in hac interlocutoria in nullo condempnabitur cum nichil actoris intersit. et hoc dixit dominus meus. oz. sed dominus. R. videtur huic sententie consentire quia iacet in iniuria sua iudicis. si impune ei non paretur et contereretur condempnato eam negligere. ut. ar. ff. ne vis fiat ei. qui in pos. est. l. i. § haec autem. et ff. de iudi. si pretor et ff. ne quid in loco pu. l. ult. in fi. Verum sententia predicta ius vinari poterit argumentis. nam si quis rem pretiosam pro modico obliget. conventus debitor ypotecaria in pignoris restitutione, dampnatur. et si non vult parere sententie in qua fuit condempnatus non condempnatur in plus nisi quatenus creditoris interest. et si fuit in plus condempnatus dando tamen quod interest est actoris liberatur liberatur ut ff. de pig. l. si in te colonum. § et fures et l. si fundum de. § si pluris. Item in interdicto quorum legatorum totum legatum iubet iudex heredes legatarium restituere. sed si iudici non paret non dampnabitur heres legatario nisi quantum habet interesse. ut ff. quorum legatorum. l. ult. § ex hac. Secundum est necessarium contra illum qui dicitur habere tabulas. neget tabulas apud se esse. vel non posse se exibere. alioquin si confiteatur sed vult exibere non habet locum istud interdictum. sed edictum. quemadmodum testamenta aperiantur. ut ff. e. l. i. § si quis forte. Unde cauti advocati autem quando proponant hoc interdictum faciunt aut dicentibus interrogari reum. domine queratis si ipse testamentum vel codicillos. et si negaverit competit libellum proponendo. hoc interdictum. aliter proponet edictum quemadmodum test. ap. Et si vadiciens ....

Item sive sit unica tabula sive plures sive plures. ut ff. e. l. i. § hoc interdictum.

Vicarius pro fact. ... aliud ... ad aliud ... exhibi ... de ... illud interdictum de tabulis exhibendis. ...

fieri ista interrogatio an here. dico quod ille ex illa .xii.
clausula. quia aliqua equitas mouit iudicem. ut notat dominus
meus. s. de int. act. et eternum est necessarium. quod ille cuius tabule
petuntur exiberi sit mortuus. ut ff. e. l. i. § ult. et ff.
quemadmodum ad. t. p. l. i. Quartum quod testamentum. vel codicilli sint facti inscrip
tis aliter non habet locum. quando enim tabule possent exiberi que scripte
non sunt. ut ff. e. l. i. § hoc interdictum. et ff. quemadmodum ad. t. ap. l. i.
et ar. ff. de bo. p. s. ta. l. i. Quintum quod tabule ille signa
te sint. hoc secundum dominum meum sed non uult in summa titu
li. et hoc probatur ff. l. e. l. ii. § hoc interdictum. quod eodem locum habe
t. ut habeat locum istud interdictum in tabulis signatis et eodem
loco habere in tabulis non signatis dum modo inscriptis red
acte sint salua pace domini mei. et hoc colligo ex uerbis
pretoris positis ff. e. l. i. in prin. sicut desideretur que esset
signate iam non haberet locum istud interdictum in ipso lle pa
testamento. quod contra est. ut supra dixi que cum dicit. Vlp. ff. e. l. ii. § hoc
interdictum. quod ibi notat de signatoribus notat ideo ut det
intelligere quid intelligatur uerbo isto exibere. sequi
tur post .i. quod fiet copia tangendi. legendi et scribendi et
et contestes quod sunt signati recognoscant sigilla sua. ut
in l. predicta. et ff. quemadmodum ad. t. ap. l. ii. § inspecto et ff.
ad l. fal. l. plt. § ult. Sextum quod ille qui conuenitur ta
bulas possideat vel dolo fecit quominus possideret. ut ff.
e. l. i. in prin. Septimum quod ei qui intendit illud interdictum
sit aliquid relictum. ut ff. e. l. loc. § solet. unde in hoc in
terdicto actor faciat tales positiones. po. actoris.

Ego dico quod titius fecit testamentum vel codicillos. Item dico quod in illo te
stamento vel codi. reliquit michi .xx. Item dico quod tu illas ta
bulas dolo malo habes. tenes. seu possides. Item dico quod illas
tabulas dolo malo desiisti possidere. seu habere. Item dico
quod quando tu fuisti a iudice interrogatus. ante litem contestatam. tune
grasti te illas tabulas possidere vel te restituere posse. Item di
co quod illud testamentum vel codicilli in scriptis redacti sunt. Item dico
quod tabule ille signate sunt .vii. testibus. has confessiones
faciat secundum dominum meum. qui dicit signatis tamen locum habere
hoc interdictum. de quo dic ut supra notaui. Et reus faci
at tales positiones. positiones rei.

Ego dico quod titius decessit ab intestato. i. quod est sine testamento.
Item dico quod titius licet fecit testamentum. vel codicillos fecit sine
scriptura. tamen coram testibus. Item dico quod illud testamentum vel codi
cillos quos tu dicis titium in scriptis fecisse. Ego non
possideo. nec dolo desii possidere. Item ego dico quod in illo testamento vel
codicill. nichil fuit tibi relictum quia tamen talibus fuit relictum
Item quando iudex me interrogauit an ego haberem tabulas illas
ego dixi me habere et uelle ostendere. Item dico quod tabule
ille sunt sine signis testium. In hoc autem interdicto concipie
tur ita libellus. libellus.

Vobis domine .o. pot. pi. con. e. R. de .o. qui testamentum vel codi
cillos titii in quo vel quibus michi legatum fuit relictum in
exibendis. unde ut exibeat agere contra ipsum et ad hoc propono in
terdictum de tabulis exibendis. vel actionem in factum subroga
tam in loco ipsius interdicti. quod ita recte concipiatur libellus. di
citur l. ff. e. l. i. et l. loc. § solet. multi tamen sapientes notant
ita libellum. libellus

Vobis domine .o. po. pi. con. e. R. de .o. qui testamentum. vel codicil
los in quibus .xx. sunt michi legata cum possit exibere non exibet
unde quia interest mea. in .xx. ideo predictum meum interesse pe

to. et ad hoc propono interdictum de tabulis exibendis. vel actionem in factum
subrogatam in loco ipsius interdicti. quod ita recte concipiatur li
bellus. dicitur. l. ff. e. l. i. et l. loc. § condempnatio. Sed quare ponit
in libello de quantitate legata istud ponunt quia forte est
tinsint pro testes quia interest fuerit intestato vel codicill. aliter quomodo
potest quis certa quantitate petere cum certus esse quis non possit
in inspectis et cognitis uerbis testi. ut ff. de tabulis. l. eius.
et ff. quemadmodum ad. te. ap. l. i. istud satis sustineri potest. Sed quod dicit
de interesse ut petat calumpniam non pro interdictum agitur de sui
natura quod quis exibeat. et ita dicunt uerba pretoris. ff. e.
l. i. licet forte illo nolente exibere condempnetur ad in
teresse. ut ff. e. l. loc. § condempnatio. Sed hoc quid prodest esse
ut si peto testamentum vel codi. exiberi et iudex te condempnaret
ad interesse quod non sit petitum cum iudex ita condempnare de
bet secundum quod est factum petitum. ut instit. de act. § curare. et C. de
sent. quod sine certa quantitate. Respondeo sustineri potest quod interesse
in libello petatur cum istud interdictum sit et alia contine
at interesse. ut supra dixi. Sed quid si petitum non sit interesse
potest condempnare. Respondeo non in prima sententia. Sed ita precipere quod
exiberet ut ita dicat ego iudex tali habito sapientum con
silio. sententio. ut exibeat testamentum titii. seu codicill. condempno
si non uult exibere. non parere per sententiam. et in secunda sententia con
dempnet eum ad interesse. et ita intelligo. § condempnato. ff.
e. l. loc. pro l. ff. de rei. uin. quia restitutio non illa sententia et
lex generalis est ad omnia interdicta ut infra. l. illius notatur.
et notaui. s. in act. de dolo. qd. Item quero quid differt
istud interdictum ab illo edicto quemadmodum ad. testa. aperiantur. Respondeo istud
locum habet contra negantem se habere tabulas. vel confitentem et dicentem
se non posse restituere. ut ff. e. l. i. § siquis forte. illud
edictum habet locum quando quis confitetur se habere tabulas et non pa
titur eas legi inspici vel describi ut ff. quemadmodum ad. testa. ap. l. i.
et ii. et sic patet que dicta sunt in hoc interdicto facile oratio
liquere possunt que sunt dicenda in illo edicto quemadmodum ad te. ap.
et ideo de eo non prosequar. Quero autem differt ab actione ad ex
ibendum. Respondeo in hoc differt. quia in illa non competit lega
tariis sed tamen heredi. ut ff. ad exi. l. iii. § siquis ex here de
Item siquis fecit testamentum. vel codicill. et apud aliquem deposuit
ipse non repetet pro hoc interdictum sed per actionem ad exibendum. ut
ff. e. loc. § si ipse testator. et nota quod ideo applatur hoc
interdictum de tabulis quia antiquitus omnia in tabulis scribebantur.
sic et aliter dicitur bo. pos. secundum tabulas. ut ff. de bo. p. s. ta.
l. i. post tamen dici interdictum de cartis exibendis. vel de testamento exi
ben. seu. codicill. Item nota quod in hoc interdicto qui non
exibet condempnatur ei cuius debebat exibere in illo interesse
sine legatum sit purum sine sit conditionale. ut ff. e. loc. §
condempnatio. et fiet in continenti condempnatio et exactio ar
in lege aquilia alias fiet in continenti post debitum con
dicto hale exactio autem differtur in euentum conditionis.
ut ff. ad. l. aquil. l. in lege aquilia. qd. Et quare
aliud in lege aquilia. Respondeo in lege agitur aliquis dampnum pro
sequitur. in incerto non competit exactio. at in isto interdicto
de licitu in continenti committitur eo ipso quia non exibet
unde competit et sine interesse sit actoris. ut ff. e. l. i. qd. Sed
illud quero contra actio ad exibendum competit heredi pro tabulis
exibendis non competit legatariis. ut ff. ad exi. l.
iii. § siquis. ex. her. Respondeo quia in actione ad exhiben. hoc
est casuale in instrumentis et cartis. quod ille intentat act

ad exhibend. quia e dus inst. l. carte. ut ff. ad exhiben
l. iii. Et interdum. cum heres sit dns et non legatarius io
hrs solus intentat actoez ad exhi. Sz illud qr. nonne
q illud int dict si alicui monm. na hisqui quenit hoc
intdco. aut exhibet et tunc libatur quia oia iudicia sunt
absolutoria. ut inst de ppetuis et tpa actoib; infin. aut
non exhibet et re inullo fiet condepnato. na iudex debet ad
intee condepnare ut supi dictu e. Si ergo non exhibet re
us quo iudex condepnat. cu ignoret iudex quid sit legatu
Rn. hoc expeditur. ff. de edendo. argentarius. Eu. et ff de fluet.
qui tabulas quia poterit in dua testes qui testo int fu
erunt abeo qui ponit intdict et ita condepnabitur q pori
non paret. Sz quid si testes qui intesto interfuer non conpa
ret. nec actor pot eos inuenire. quo iudex condepnabit in
tee cu sit incertus ex quo iura tabular non compareat. ut ff.
de transact. l. dehis. et ff. quand te. ap. l. i. Rn. et si testes n
compareat et reus dolo desiit possidere dabit iudex sacrmentu ac
tori. q iuret in litem. ut ff. de rei. uin. l. qui restitue. et sic
ptabit sum intee. cetez si culpa desiit possidere non tenebi
tur hoc intdco. quia ille demu tnr qui tabulas psidet. se
u dolo fecit qminus psideret. ut ff. e. l. i. Sz illud qr. hoc
intdint competit et si plures tabule fce sint abeodem et competit
E porib; tabulis. ut ff. e. l. i. Et hoc intdnt. et Epim. at. bon
pos. sm tabulas. non competit. nisi dehis tabulis que ultime
sunt et autentice. ut ff. de bo. p. sm. ta. l. i. Et i. et Et si gs
in duob; Rn. bon p. p. ta. respic. l. nam non competit nisi de
his tabulis que de iure ualent et fcte sunt abeo qui habuit fac
toez testi. ut ff. de bo. p. s. ta. l. i. in prin. et Eexeqi pror
qd in hoc intdco non adtenditur. ut supi dixi et qr qz
institutus heres in testamento talis et mihi res talis a testatore sit lega
ta et hereditatem adierit aduenerit et mihi satisdare noluit. peto
ut mihi satisdet de illa re legata prestanda. ad hoc propono officium iudi
cis. uel hoc peto mihi fieri per officium uestrum domine iudex. quod ita recte con
cipiatur libellus dicit. l. ff. e. t. l. i. et l. cum ita concipit libellus et
quando legatum relictum est pure. non ne ab adeunda hereditate dominium
transit in legatarium. ut ff. de furt. actio. et ff. quem. adap
dum de usufr. amitt. l. si pure. § ii. quare ergo non petit lega
tum sibi dari uel possessionem extendi uel certi condicere. Sed quare non
auocat per rei uen. uel ypothecaria. ut C. comm. de leg. l. i. et ff. si
certum pe. l. cum condicio. in prin. et ff. ii. de leg. cum filius. § ua
rus. tertia. lex assignat rationem quia non nullas moras habet exceptionem
iudicii. et ideo quia lites prorogantur ideo utile est quod satisdatio in
terponatur. nec habet locum aliqua exceptio nisi esset parata in
continenti probare. quia dicatur hodie consistit hodie agamus. ut ff. e.
si is a quo. Item euentus litis dubius est et incertus. ut ff.
de periclo quod dicetur. ¶ Si autem legatum fuit sub condicione re
lictum retineas omnia condicionis. cum talis mihi rem talem sub condi
tione reliquid et satisdationem petii et noluit mihi satisdare. peto
quod satisdet michi ut aduenientem condictionem mihi debeat legatum
prestare et hoc peto mihi fieri per uestrum officium domine iudex. quod recte con
cipiatur dicit. l. ff. e. l. i. Mar. Sed opponitur non uidetur quod libellus
iste possit sic concipi. ante enim condictionis euentum nullus
transsigit creditor nec ullum ius habet. sine quantum de condictiona
li legato sive de conditionali stipulatione. nisi quod hoc plus est in stipu
latione quia illam stip. transmittitur ad heredes. In legato condi
tionali non. ut inst. de v. obli. et ff. de reg. iur. quod legata condi
tionalia. tertia. non est creditor ut patet. ut ff. si certum pe. l.
cum condicio. § ii. et ff. quando dies usufr. le. ce. l. i. in fi. et ff. de
v. sig. credi. creditor enim quantum adhuc ut petat sibi satis.
ut ff. de act. et ob. l. is cui. et ff. de v. sig. l. creditores. et ff.
de iudic. l. in omnibus bone fidei.

via in titulo superiori de dampno. **De primo et secundo decreto. Rubrica.**
infec. et in proxima rubrica. mentio facta est de primo decreto et so. quia si
noluit cauere missio fit in primus ex primo decreto. et postea si
adhuc in contumacia perseueret fit missio ex secundo. ut ff. de
dampno. infec. l. pretoris officium. et l. pretor. et l. si finita. § iul.
et ff. ut lega. uel fidei. no. ca. l. i. et ff. ut in pos. lega.
l. i. et C. e. t. l. certa forma. et ideo uideamus in quibus acti
onibus uel primum uel secundum decretum debeat interponi. et a quo.
quid et quid sit primum decretum et quid secundum. et qua actione
uel iure secundum decretum uel primum petatur interponi. tertia. ali
ter noluerunt notare quod numquam interponatur secundum decretum nisi
in causa dampni infecti quia in ea tamen actione dicunt se inuenis
se. in aliis non esse cautum. sicut legis latori placuisset inter
poni iussisset secundum decretum. ar. C. de caducis toll. l. i. in ca.
circa finem. et induxerunt talem errorem ut missus in possessionem
in personalibus primum dominium declarari. ut C. de bonis auct. iu.
pos. aut. ei qui iurat. et est in corpore aut. de exhere. et intro.
rei. v. coll. uel in aliis ut tedio affectus ueniat responsurus
ut C. de iudic. properandum. quia non possidet. ut ff. de acquir. pos.
possiden. § ult. et ff. quorum le. l. i. § quotiens. et ff. uti po.
si duo. § creditores. et ideo non usucapiunt seu prescriberent. cum usu
capio seu prescriptio sine possessione non procedit. unde etiam audietur dominus rei
quandocumque ueniat et post annos. xxx. et hoc ita probo. ille qui fuit
in pos. ca. rei seruande nichil sibi per illam prescriptionem et [illegible]
quesiuit. Ego dominus non amisi. quia non uidetur amissum quod alteri
acquisitum non est. ut ff. ex quibus ca. ma. minor. re. l.
denique. Sed nos dicimus. nam secundum decretum habet locum in per
sonalibus omnibus actionibus. et hoc ita probo. certum est quod propter contuma
ciam citatus intus uenit primum decretum ut tedio affectus re
ueniat satisdaturus uel in iudicio responsurus ut statim copi
ose dicam. et in hoc omnes consentiunt. quis autem dicatur contumax
dicitur uni. qui respondere tenetur et semel iussu citatus tri
bus edictis uel uno peremptorio pro omnibus. presentiam suam facere contemp
nit. ut ff. de re iudi. l. contumacia. et l. [illegible] nec est [illegible] qui

adem. l. de in pu. quod contumacia litigatoris dampno litis coher
cetur. quia principium legis respicit tempus post litem con. contemptores et
ita exponimus dampno litis quia condempnatus non appellat. et quod si
obtinet expensas a uicto non recuperat. ut C. de iudic. properandum
et sic iste missus. existo quo in actione personali. pone mecum condic
tione de mutuo uel generali cum condictione uel ex empto uel alia non possidet
stabit ita ut umbra toto tempore uite sue stare posset et stabit
in medio tempore postquam fuit missus. ibit ad iudicem. domine
adhuc est contumax respondere non uult. peto per secundum decretum fieri
possessor. ille iudex te audiet ut statim copiose dicam quod enim habet
locum in personalibus. l. dicit. ecce agellus nouali actione contra dominum
nomine serui et sic personali. nulla enim noxalis inuenitur realis sed omnes
sunt personales et ex maleficio serui nascuntur. ut ff. de noxa. act. l.
i. dominus absens in iudicio non comparuit citatus in iudicium. In pos. ipsius
serui missus ut tedio affectus ueniat responsurus. si postea non uenerit
ex secundo decreto assignabitur tibi seruus ut fias possessor. ita ut si non
fuit dominus ille qui est absens incipias usucapere. si fuit dominus fias
dominus in continenti. ut ff. de noxa. act. l. electio. § si absente et
ff. si ex noxa. ca. agatur. l. ii. in fine. stultum enim esset dicere
ut ex secundo decreto illa contingeret ¶ Item que esset maior ratio quare in causa
dampni infecti interponeretur secundum decretum et non in aliis. ratio
nulla reddi possit. ut quia non possunt omnes articuli legum laq
ueis comprehendi. ut ff. de leg. constit. non possunt. ideo bene est ut de
similibus ad similia procedamus. ut ff. e. t. l. non. Item modica esset
utilitas sui deberet secundum inuenire. sic enim par esset uinum
esse condita nisi effectus constituti et illi qui uinum defenderent. ut
inst. ff. de orig. iur. l. ii. § deinde. et prius esset aquam habere
in puteo nisi autem tollentium habent. In omnibus ergo personalibus habet locum
secundum decretum post quam in conditionalibus non licet primum decre
tum locum habeat. sed ut muteris ut in possessionem si ille non uult ca
uere. ut dictum est. g. et dicit. l. ff. de act. et ob. is cui. Secundum tamen
inuenire non potest quia nichil est quod debeat sed tamen spes est debitum
iri. quod etiam in conditionalibus stipulationibus contingit. ut inst.
de v. ob. § si sub condicione. Item non ne multotiens in personalibus
res per iudicem dantur in solutum. ut ff. de publiciana. l. si
alie. in fine. et l. uel soluendi et l. uel exe. et l. Item quod non habet
fieri ex primo decreto sed ex secundo. stultum enim esset iudex qui ex primo decreto
daret in solutum. licet quidam dicant. quod in aliis personalibus
statim iudex ex primo decreto faciat actorem possessorem uel dominum quod satis
stultum reputo sicut supra dixi. ¶ Nunc uideamus quando inter
ponatur primum decretum et quid operetur. et circa dicemus de secundo.
¶ Sciendum est quod primum decretum interponitur propter contumaci
am alicuius. ecce aliquis citatur in ueniet contumax. ut s. dixi.
non uult uenire uel non uult satisdare uel cauere. mittitur actor in pos
sessionem causa rei seruande ut ille tedio affectus ueniat responsurus
uel satisdaturus. ut ff. ut in pos. leg. is cui. § i. et ff. ex quib.
ca. in pos. ea. l. i. ii. et iii. sicut dictum est et sic nota quod ista possessio que da
tur causa rei seruande dicitur primum decretum quia per decretum prouidetur
et hoc est primum quod inuenitur ad puniendam contumaciam citati no
lentis in iudicio comparere. et sic reprobatur quorundam stultitia
questio. qui querunt quid sit primum decretum. Co. Sed illud que
ritur an istud habeat locum tamen in personalibus quam in realibus actionibus.
tertia. ita ut C. de iudic. properandum. C. de p. xxx. an. l. si quis
emptionis. § ult. diuiso tamen modo. nam missus ex primo decreto non pos
sidet. ut s. dixi. similiter in personali actione. ceterum si in reali pos
sidet. nam reus ueniens infra annum recuperat pos. ut C. de p. xx
x. an. si quis emptionis. § ult. si recuperat si amiserit. Item post an
num in reali missus fit uerus possessor quando post ii. con. uel quando mit
titur. ut C. ubi in rem actio. l. ii. et C. de iudic. properandum. numquid
ergo annus transfert proprietatem. certe non. cum possessio facti sit. licet
aliquando minuet aliquid iuris. ut ff. ex quibus ca. ma. denique.
sine facto transferri non possit. nam ad mittendum hereditatis uideo non
incaute non potuit facere ut possessio transferret non fuit seruilis ap
prehensa. ut ff. de acquir. pos. l. cum heredes. ergo iam illud se
queretur absurdum si diceres missum in reali non possidere quod uel secundum
decretum esset necessarium in realibus quod numquam memini me legisse
uel audiuisse sursum usum. uel quod tempus nec modus est tollende uel
inducende obligationis. ut ff. de act. et ob. l. obligationum. § pla
cet. uel quod ille qui est missus faciat se priorem. et sic sibi ius dicere

auctor. q. ee non pot. ut. ff. de acquir. pos. si ex stipula.
Unde firmissime credo missum in reali et in momentaneo possidere et
fructus percipere posse. sicut in credito convencionali. ut. C. de act.
pig. l. ii. licet hic non teneatur de percipiendis ut ille. sed de percep
tis tamen. si contumax. infra annum possessionem recuperat. ut. ar. ff. de bonis
auct. iu. pos. l. pretor. § ii. et § est preterea. nec admitto errorem
quorundam qui dicunt quod tamen operatur annus in re ali. quantum secundum
decretum in personalibus. istud est divinare et sic assumo quod in realibus
intuenti primum decretum licet secundum non intueatur nec sit ne
cesse. Qo Queritur autem in personalibus quid operatur primum decretum.
Respondeo. operatur hoc. quod ille qui mittitur est honerosus domino. nam cum
contumacie mittitur. constat quod dicit ut tedio affectus nomat re
sponsurus vel satisdaturus. ut. ff. ut in pos. leg. § cum. si dominus
iverit in cameram. iste in camera. si dominus in cellario. iste in cella
rio. et sic persequetur eum ut lepra. non tamen possidet ex primo decreto.
nec dominus est de fine dicendus. ut. ff. de dam. infec. si fini
ta. § ult. et ff. de acquir. pos. possideri. § ult. et ff. quorum leg.
l. i. § quesitum. Item queritur ad quid prosit sibi talis detentio
licet alii noceat. unde audiendus non est cum nichil sibi prosit nisi
ut officiat. ut. ff. de rei. uen. in fine. Respondeo. immo multum sibi
prodest quia potest compelli illum ut respondeat vel satisdet. Qo. Item
queritur an talis missus habeat aliquod ius petitorium seu possessorium
si forte primum expellatur vel non admittatur. Respondeo. si de petitorio que
rimus. habet ypotecariam. ut. ff. de act. pig. l. non est mirum. habet
enim ex tali possessione petitorium pignoris. quare habet ypotecariam. et
ut. C. qui poti. in pi. l. iii. et C. ut in pos. leg. l. si postquam. et
l. qui legatorum. possessorium habet sive non admittatur sive ado
mus expellatur. ut. ff. ne vis fiat ei qui in possessionem missus
est. l. i. et ff. ut in pos. leg. § sed cum. § missus. et ff. de dam. infec. l.
dies. § ii. Qo Item quamdiu stabit iste in possessionem missus in personalibus
ex primo decreto et non possidet ut dictum est. usque ad xxx. an. audiatur
dominus. post an. xxx. non. nam cum habet condict. ex. l. illa autem de
exhi. et actio rei collis. v. que est in. C. de bonis auc. iu. pos. l. f.
et omnis condictio prescribitur. ut insti. de act. § sic itaque et omnis prescribitur fere
usque ad xxx. an. durat. ut. C. de constit. pecunia. l. ii. mito quod
post an. xxx. non auditur. nec obstat si opponis. Qo quo
modo hic prescriptio cum non possideat. et usucapio seu prescriptio
sine possessione non procedit. ut. ff. de usuc. sine pos. nam in reali
bus habet locum. at in personalibus currit prescriptio sine omni possessione. suffi
cit enim si per an. xxx. non petatur. hic autem prescribitur actio competit illi. §
ex. l. condictio. Qo Item vel tollitur ius istud. scilicet ut oblata cau
tione possit recipere illam tenutam sive tollatur vel offerendi in
prescribit se elatis. ut. C. de prescript. xxx. an. cum notissimi. Qo Item
esto quod sint transacti. xxx. an. et dominus non possit expellere
istum et si velit cautionem offerre quod commodum habet iste post. an.
xxx. non video quod aliquis habeat plus iuris nisi quod de iure habet eciam peti
torium et possessorium. ut dictum est. Respondeo. verum est quod non habet pl
uris sed sibi imputet quare non iuit ad iudicem medio tempore et
ex secundo decreto fuisset verus possessor seu dominus constitutus. unde sibi impu
tet. dampnum enim quod quis sua culpa sentit de se queri debet. ut
ff. de reg. iur. quod quis. Attende quod quamvis missus ex primo
decreto non possidet ut dictum est. nec dominus est dicendus de po
ssessione. licet quidam male intelligentes statim a quo eis
mittitur aliquid in pos. cum re. sua. in continenti expellunt do
minum. sic etsi mitteret ex secundo decreto adeo quod vidi multos
stultos ut faciant intrare homines castri meum possessionem fuit cum
sus adversarii fidelitatem hominum quod errore contra. admixti et si
male vellent facere iniuriam redditus et fructus que domino
reddebant. sed nec hoc quod approbo sic dixi. quia dominus primus de pos.
non est deiciendus ut dixi. Adeo est hoc verum ut pretor commisit
magistratibus municipalibus cognitionem ex primo decreto et dare primo.
non autem commisit eis quod daret pos. ex secundo decreto quia illud est mix
ti imperii. ut. ff. de iur. di. o. iu. l. iulianus. et ff. ad municipal.
l. ea que. et l. magistratus. cognitio tamen et datio ex primo decreto ratione
contumacie et celeritatis est facti. vel potius iuris dictionis et commis
sa est magistratibus municipalibus. ut. ff. de dam. infec. l. di
es. § duas. et § si forte. et ff. de offi. ei cui man. est iuris di. l. i.
et l. p. Qo Sed illud queritur an missus in personalibus possit

medium fructus percipere. et si percipit an possit eis uti. et si utitur
an teneatur aliquo iure. Respondeo. aut ille meus homo utitur mit
titur vult colligere fructus aut negligit in primo casu dominus percipiet
fructus. in secundo iste qui missus est in pos. ita quod fructus non dimi nuit
nuat. et quando consumi non possint vendet. sed et in primo casu di
cam iure legatum. non in malus idem. quia legatarius custodiet he
redem ne fructus consumat. et est forte ratio quia in legatis et fi
dei com. venit usure et fructus ex post more. ut. ff. ut in pos.
leg. l. i. § cum. § qui legatorum. et C. de usuris. et fruc. leg. et fidei
com. l. i. et ii. Op Sed opponitur de eo quod habes. ff. de bonis. auc.
iu. pos. l. pretor ait in prin. et § est preterea. nam ibi videtur quod missus
in pos. percipiat fructus. sed intellige secundum quod dixi negligente per
cipere domino. aliquin domino volente percipere missus in pos. non
percipiet. domino tamen negligente iste percipit quia omnis custodia ad eum
pertinet. et non tenetur de dolo et lata culpa. licet creditor convencional
possideat et fructus percipiat. et teneatur de dolo lata et levi. ut. C.
de act. pig. l. i. et ff. pig. cum et sortis nomine. et ff. de acquir. pos.
l. qui pignoris. et l. rem pignori. et C. de pignor. pigno. l. i. et ii. Fructus
autem non diminuet. et causa vescendi non sit filia. uxor neptis
pronepotis nec de suo habent. ut. ff. ut in pos. lega. l. que legatorum. -
et post quam in pecunia hereditatis. ut. ff. ex quibus cau. in pos. ea.
l. fulcinius. § ult. Alii autem si fructus percipit tenetur restituere par
tem in factum. ut. ff. de bonis auc. iu. pos. l. pretor ait in prin.
Est et alius casus in missa in pos. lucratur fructus similiter mit
titur nomine ventris nisi per calumpniam fuit missa. ut. ff. si mulier
ven. nomine. l. i. et ii. et ff. de ventre in pos. mit. l. i. Et sic breviter
comprehendam primum decretum interponitur quotiens quis vocatur
non respondet nec defendit suum in actione. in rem sive in personam.
sive et cautionem postulentur. ut pro damno infecto et legatis et fi
dei com. et non vult hic satisdare. ut. ff. ex quibus cau. in pos. ea.
l. i. ii. iii. et C. de prescript. xxx. an. si quis empt. § ult. et ff. de dam.
infec. dies cautioni. et ff. ut in pos. leg. § sed cum. Et a magistratu et
municipali interponitur. ut. ff. de dam. infec. et l. dies. § du
as. missus non possidet. ut. ff. de acquir. pos. l. possideri. § ult.
Videamus ergo de secundo decreto et in primis a quo interpona-
tur. Certe interponitur secundum decretum a maiore iudice. a pretore a p
side provincie. auxiliario. vel magistro armentorum. ab eo illo
qui habet merum vel mixtum imperium. ut. C. de iur. di. o. iu. l. iu
bere. et ff. ad municipal. l. ea que. et ff. de dam. infec. l. dies cau
tioni. § si forte. est enim res ista mixti imperii. et quia cognitionem
habet peculiarem. et quia delegari non potest. ut. ff. de offi. pro co. non quis
quam. et ff. de reg. iur. omnia. Utrum locum habeat in personalibus
Respondeo. sic. ut supra in prin. dixi. Quando interponitur. Respondeo. cer
te cum apparet contumacia nolentis respondere vel cavere. ut. ff.
de dam. infec. l. dies. § si forte. Infra quod tempus. Respondeo. ca
utum legibus non invenimus. relinquitur ergo arbitrio iudican
tis. ut. ff. de iure. de li. l. i. § ult. Qo Sed quod est iudican
tis arbitrium. Respondeo. secundum qualitatem personarum et quantitatem
pecuniam. ut. ar. ff. de re iudi. l. ii. et ff. de iudic. l. non nu
quam. lex autem dat aliquod spacium sed non diffinit. ut. ff. de dam.
infec. si finita. § non autem. quod magis intellectu quam elocutione ex
primi potest. ut. ff. de solut. nuntium. et ff. rem ratam haberi. l.
ratum. Vel dicas quod detur post annum. ut. ar. C. de pre. xxx.
an. si quis empt. § ult. vel post biennium. ut. C. de
iure. do. impe. l. ult. vel dic quod loquitur de co... quod habes in
C. de bonis auct. iu. pos. l. cum proponis. § f. Vel de tempore in
missum. ut. C. de fideic. rei iudi. l. ii. vel duorum. ut. ff. de
re iudi. l. de bitoribus. et ff. de iudic. si debitori. vel x. dierum.
ut. ff. de constit. pecu. l. promissor. vel post quinquennium. ut.
ff. de sepult. l. i. vel post biennium. ut. ff. locati. et. l. quero. vel
post triennium. ut. C. de iur. emphi. l. ii. Sed omnia ista tempora
in imperatore ista non placent sed prime sententie ut committatur arbitrio
iudicantis. Qo Sed quid si aliquis pauper est. lex enim
ex honoris acautione. ut. ff. de coll. bo. l. i. § cum duobus
et sic non videtur quod esset in contumacia satisdandi cum satis
dare non possit. et is videtur contumax qui potest aliquid fa
cere et non facit. ceterum qui facere non potest contumax non videtur. ut. ff.
de re iudi. contumacia. numquid ergo in casu isto interpetur

[Marginal annotations, left: No. missus in reali potest pos. et fructus percipere. — Nota. — petitorium. — actio. — Nota de autore ossia. — Nota de pena ... — infra ... — sed quare ... — ... et ... — uberi. — ... — et aut possid.]
[Marginal annotations, right: No. quod missus ... percipit fructus. — qo — No. — notatur — in qualibus ... ut et. utriu locum habet. — qo — ... de dap. infec. l. ii. et — l. a. ... — ... — tenet.]

fm decretum. ut ex. ita tm paupertas excusat aliquem a satis datione q. n. puniat. Qo. Quid aut si uicerit dicat n satis do q. ita e uere ptumax certe n expectabo aliud tpis ad missionem fm decretu. cum in certis n incertis locus e preturis. ut ff. de v. ob. ptinuus. q. in aut. de rest. q ea que pr. coll. iiij. Item istud fm decretum imponitur ca cognita. ut ff. de dap. infec. l. dies. § si forte. q hec gnalr ubicumq decretu exigit q de sideret cause cogtio. ut ff. de iure iur. pos. l. iii. § pr. q ff. de re iudi. l. de uno quoq. q quid uertitur in cause cognitione ut i spiciat iudex an absens sit absens ca rei publice. nam si allegabitur iudici ipius absentia q pbabitur. n debet iudex p cedere ad fm decretum. si pcesserit. datur restitutio. ut ff. de dap. infec. l. si finita. § si forte. q l. cor. q ff. ex quib. ca. ma. l. ab hostib. § item si ca. pni. Qo. op. Sz opponitur. C. de rest. milit. l. ignorare. nam illor qui rei publice ca absunt bona possi dentur si n defendatur. Rx. uerum e qn non fuit allegata i ipi absentia. tunc bona possidentur ex quo n defenditur. alle gata tn ei absentia n pcellitur se defendere. ut ff. eu q. puoca bit in pnitia l. i. Qo. op. Sz obicitur. n allegata ipius ab sentia fit missio in possessionem. ex ea sicut dictum e. sz ex ista missione ptrahitur pretorium pignus ut dictu e. s. at ex tali i missione n ptrahitur pignus. ut ff. de priuil. cred. l. eum qui. Rx. n ptrahitur pignus tale quale in rebus alior. s. q possit pcedi ad uenditionem p l. C. de iure do. impe. l. ult. pign tn ptrahitur sicut dictum e. Item ita demum imponitur istud fm decretum si pseuerat dns in ptu macia si n uult rendere uel cauere. ut dictu e. q imponit u lo pfucto. pnuntiabit enim iudex in possessionem q possessionem rex tpa. i. induceret in pos. realr. unde ideo dicit. iubere cauere q in pos. mittere. potius est in pu quam uius dictionis. ut. ff. de iur. di. o. iu. l. iubere. q si n admittetur. puator eum induceret. ut ff. ut in pos. lega. t seru. § missos. Sz q actionem in factum habet aduersus eum q n admittit eu. ut. ff. de dap. infec. de pni. § plt. Qo. Sz illud queritur an utraq parte psente debeat in possessionem fm decretum. q dicu negauerit alii admittunt q sic. nam ubicumq desideratur cause cognitio debet fieri utraq parte psente. ut ff. de re iudi. de uno quoq. q ar. ff. de mano. uerit. § ca. q ff. de adopt. l. nam q C. sunt se ablr. absti. aut. isti si oes. q amonebit eum si uult cauere. q si respondit. uolo. cessa bit fm decretum. Si aut dixit nolo. q ptumacia est i psentia. ut C. ubi de crimine. agi op. aut. q. in prouincia. q ff. de re iudi. ptumacia. tc in possessionem fm decretum. q sicut in q pte psente imponitur. q iter sit facienda amonitio. dic l. C. de iudic. aut. in lec. q de iudic. q post edictu. Qo. Sz illd queritur si post fm decretum uelit dicere dns q illi n fuit ca uendum. Rx. n audit. q q si sit pemptoria post fm decretu n potuit apponi qn nec post sniam. ut C. sniam rescin. n pos. p emptoriam. n imnoces. erunt uel absentes ca rei pu. r p ambitionem sit in possessionem decretum. ar. ff. de iudic. si pre tor. q ff. de his q sui sub tu. uel cu. sunt. l. magis. § plt. q ff. de dap. infec. si finita. § si forte. Qo. It queritur quo m re petatur fm decretum in possessionem. q uir q p actionem in factum ut ff. de dap. infec. inquilino. q q n est expressum de noie actionis. ut ff. de p. v. quotiens. Sz melius e ut officio iudic petatur fm decretu in possessionem. q q dicit l. illa inquilino. actio. i. ius quo cautio petit. q sic ff. de act. q ob. l. obligois uel bo. q ar. g. de successorio, edicto. l. i. § decretal. Qo. Que ritur infin quis sit effectus fi decreti. Rx. maxim. na si e do mini meul bonis fit missio iste missus in ptineti fit dns. si n est dns. fit poi iste qui mittitur in pos. pquirit sibi usuca piendi pditio. ut ff. si ex noxa. ca agatur. l. ii. q ff. de no ua. electio. § ult. q ff. de dap. infec. si finita. § iul. q § de uectigalib. Qo. Sz illud querit ad quid usucapio i sit necessaria. pp dnm non uir necessaria q ipe post fm decretum n uir audiendus cum sit modo in ptumacia duplicata. fuit enim in ipa ptumacia rae pmi decreti. q it in ipa qn fm decretum fuit in possitum. unde modo n audit. ut ar. C. quo q qn iudex. aut. qui semel. infin. q C. aduett. l. antique. q aut . sin. ante. It alio argo. non ne qn dns fuit ille in cuius pos. missus e. missi in ptinenti fit dns ut dictum e. q sic nunquam uendicabit i cum iam amisit dnium. multo ergo min uendicabit iste. ille qui n e dns. palus n uir necessaria usucapio. nam si erat i creditor qui habebat ius in re. ypothecaria non tnr usucapionem tol lere usucapionem. ut C. de pigno. usucapione. Rx. ideo necessaria e usucapio pp illos qui hnt ius in re. sicut in suo redepto ab hostib. qui licet fiat redemitas tn usucapio e necessaria ut ex cludantur oes hntes ius in re. ut ff. de cap. q post li. rev. l. in libello. § si quis suum. nec obstat si opponis. ypothecaria n tol litur usucapione. Rx. uerum e breui. puta triennii at longa tolli tur. ut C. si aduersus creditorem. l. ii. nomen enim tn usucapio nis pmiscue ponitur multociens.

Incip tractatus ciuilium actionum.

Tractatus nri ppositi nauiculam cohibentes pretoriar oium interdictor q edictor oium q iura pretoria sunt. ut inst. de inte dictis. portu tranfiuimus. nc necesse e q ad portu ciuilium naui gemus que cum intrauimus ibi remos colligemus q otio ibi an choris collocatis nec ibimus admodo uagabundi. nec mira si sunt po pmisse pretorie q si eas dns Jo. dne sub ipius dex tro latere collocauit. hec n rone dignitatis psiderata q dignitores sunt pretorie quam ciuiles. sz q mio plures deb buerunt sub dextro latere tamquam sub fortiori merito collo cari. Jo enim sunt po pmisse q ca ius pretorium sit uiua i uox iuris ciuil. ut ff. de iustitia q iure. l. nam q ipm. ideo tn quam preco precedens dnm po pretorie pcesserunt. Est q a lia ro q cum pretorie sint ciuilium actionum pedisseque. ut. C. de ueti iure enu. l. tanta. in sa colup. sit q eam ministre ii in pstruct psit. digestor. ex rei pu. § hec aut. q psuetudo e q in yeme maxime pcedunt scutiferi q postea dni sub sequentur. Ideo de ciuilib tamq de digniorib uideamus. unde q dns Jo. in arbore actionum po tractauit de rei uendicatione cum uenit ad tractatu ciuilium. ideo de rei uendicatione uideamus q iura ciuil e. ut ff. de rei. uin. l. i. Si rem aliquam aliqs tenet seu possidet q eam dicis tua ee poteris eam uendicare. Rca de rei. uindicatoe.

Si aliquis rem aliquam possideat cuius rei dicis ad te ptinere dnium q eam uis ab eo uindicare. rei uendicationem intentabis ut ff. de rei. uen. l. i. q l. in re. q inst. de act. § i. Que actio ad hec ut pcedat tot sunt tibi necessaria sum laquimur de directa q datur p possidentem uel tenentem. sum de utili q datur p illum qui dolo desiit possidere q iura ciuil e. sicut. i. dicemus. In pmis q il le qui intendit oportet q sit dns de iure gentium uel ciuili. de iure gentium p traditionem. q p alios multos q diuersos modos qui no tantur p totum titulum. ff. de aquir. r. do. q spali. in. l. illa adeo. q inst. de rer diui. de iure ciuili ut p usucapionem trien nii fm. dnm. Jo. q dnm meu. f. m. q p. x. uel. xx. ut ff. e. t. l. inter. p dno Jo. inducitur q p pscriptionem dnium n acqui r. sz exceptio. ut C. de p. x. uel. xx. an. l. sup excepti. unde diffinit pscriptio e exceptio causam sumens ex tpe. p usuc. acquirit dnium q usucapio e acquisitio dnii p continuationem possois tpis le ge diffiniti. ut. ff. de usuc. l. iii. q C. de pact. tinditoib. pro q m. inducitur. leges. C. de fur. l. sup fundum. q etia diffi nito usuc. que f. q traditur cois eit tam usucapiois breuis q longe. Justinian enim nich aliud immutauit n q te pora prolongauit q res mobil usucapiebatur anno res imo

bilis bienio. statuit postea ut res mobiles triennio. res immobiles
x. uel xx. annis. ut. inst. de usuc. in prin. et C. de usuc. transfor. l.
unica. nec obstat quod prescriptio ualet exceptio in. l. illa si ex legi-
timis usucapio ualet exceptio. ut. C. de iure dot. l. in rebus. quod omnes
autem domini. K. sequitur etiam. an. et in hac summa ego sum. ¶ Item
si de iure gentium uult se dicere dominum contractus continet quia omnes contractus
de iure gentium sunt inducti exceptis quibusdam. s. contractu emptionis et
uenditionis et litterarum obligatione. numquam enim de his duobus inuenies
tractatum in ff. nec in. C. et in ff. ut. ff. de iusti. et iure. l.
ex hoc iure. et inst. de iure na. gen. et ci. licet actiones sint de iure
ciuili. ut. ff. de ori. iuris. l. ii. in fin. i. colum. nec Sed ex contractu emp-
tionis oportet quod ista inueniat. s. quod contractus precedit. ¶ Secundum
quod pretium numeretur. uel alias satisfaciat uenditori. uel fides sit
habita emptori de pretio. ¶ Tercium ut res sit tradita.
¶ Quartum quod uenditor fuit dominus. sic hec plane. C. de plur.
cum res. ff. de pignoribus. l. si superfluum. et l. eaque non dum sunt. quod
quod dicitur. ¶ Quare autem ista quattuor desiderentur non sine causa est.
Sicut enim contractus non precedat secuta traditio dominium non transfert. ut
ff. de acquir. r. do. l. numquam nuda. sic et alias nuda non facit
aliquem debitorem. ut. ff. de [illegible] nuda. Secundum quod pretium nume-
tur uel fides habitur uel alias satisfaciat. ideo requirit quia aliter dominium
non transit [illegible] ut. ff. de tributoria. l. procuratoris. § Sed si de-
di. et ff. de contrahen. empt. quod uendidi. ¶ Tercium ut res tradita
sit. ideo quia sine traditione dominium non transfertur nisi in casibus ubi
sine traditione transit dominium [illegible] ut. C. de pactis. traditio-
nibus. C. de her. uel act. uen. l. qui hereditatem. et ff. de rei. uen. si ager.
In casibus enim specialibus tam in contractibus quam in aliis dominium sine pre-
gitur. seu sine traditione ut in lege commissoria. et in pacto adiectio-
nis in diem. ut. ff. de rei uen. l. [illegible] si quis. hac. l. et ff. de in
diem adiec. l. ii. aut. et [illegible] ff. de lege commis. l. si fundus. Item in so-
cietate omnium bonorum omnes res corporales incontinenti communicantur sine tradi-
tione exceptis hiis que in nominibus consistunt. ut. ff. pro socio. l. i. ii.
et iii. ¶ Item in donatione preter retentionem ususfructus. ut. C. de donat. l. quis-
quis. Item et si constituo me rem tuo nomine possidere quam tecum uel
uendidi. ut. ff. de rei. uin. l. quedam mulier. et ff. de acquir. pos.
l. quod meo. ¶ Item et si ostendo fundum [illegible] proximum et ac-
cipientem finibus intulisses. ut. ff. de acquir. pos. l. quod meo et
§ si uendiderim. ¶ Idem et si ostendo tibi rem quam uendo que pro
magnitudine sua se mouere non potest. Idem et si trado claues co-
num cella uel fiat traditio omnium intra. ut. ff. de acquir.
pos. l. i. § possit. et l. quarundam. et ff. de contrahen. empt. l. clauibus. Sed
in hiis omnibus licet non inueniatur traditio. inuenitur tamen quasi tra-
ditio. unde ita glosant nostri doctores. traditionibus uel quasi dominia rerum
transferuntur. Item in aliis et dominium acquiritur sine traditione ut
in legato cuius dominium non [illegible] una ab adita hereditate transit dominium
in legatarium. ut. ff. de furtis. actio. et ff. ii. de leg. legatum.
et de publicianis. l. i. immo legatario ignoranti queritur. ut. ff.
quando ad. h. a. l. si pretium. § si ex fundo. et ff. de testamentis. filius. §
ult. Item in contractu habito cum ecclesia. ut. C. de sacro. s. ec. l. in
iure diuino. Item in omnibus personis quibus ius tribuitur quod concessis et ha-
bitis incontinenti dominium queritur. ut. ff. de bo. p. l. i. et l. iii.
§ bonorum. Item in hereditate adita. ut. ff. de acquir. pos. cum
heredes. Item in restit. trebellianica. ut. ff. ad trebell. fac-
ta. Sufficit ergo ad translationem dominii sola traditio et si pos-
sessio uacua non traditur. ut. ff. de fundo. dotali. si fundus quem tuc. § quod
uere potest ibi casus. nec obstat quod dicitur. C. de plur. cum res. quia
dicitur quia debet tradi uacua. uerbum illud uacua. recitatiue
ponitur et non ascriptiue. sic alias. C. de distrac. pig. l. qui pro dominio.
quod sufficiat sola traditio. dicit. l. ff. de act. empt. l. ex
empto. in prin. uel aliter possessio debet tradi uacua a uenditore quan-
tum ad hoc ut liberetur ab actione ex empto. ut. ff. de act. empt. l. ratum.
in prin. ¶ Quartum ideo desideratur. s. quod uenditor sit dominus quia
si non est dominus dominium quod non habet transferre non potest. nemo enim
plus iuris ad alium transfert quam ipse habet. ut. ff. de acquir.

r. do. l. non est nouum. et ff. de off. pro. l. observare. § ult. [illegible]
nec est locus oppositioni de creditore ut cum non habeat dominium
quod transferunt. ut. l. predicta. non est nouum. et inst. quibus ali. non
licet. Ideo non est uerum quia ipse non transfert sed debitor per eum si-
cut per ministrum. ut. ff. de diu. tem. presc. l. de accessionibus. § i
ult. ¶ [illegible] dictum est [illegible] contractu emptionis de quattuor predicto. s.
quod uenditor fuit dominus ad tedere utrum si agatur contra tercium. ce-
terum si contra uenditorem tantum tria plane sufficiunt. et hoc notauit
dominus Io. ar. ff. de rei. uen. si aticio. In aliis autem contractibus ex quibus
transferuntur dominia ut dotis. permutationis. donationis traditione inter-
ueniente. Sed longum esset illos contractus prosequi. unde aduocatus
sit cautus et uideat illum contractum ex quo uult dicere clientulum
suum dominum et illum prosequatur. ad minus enim in omnibus contractibus
oportet quod ista duo inueniat. s. quod contractus precedit et quod tradi-
tio sequatur. prosequi et omnes causas ex quibus sine contractu acquiritur
dominium de iure gentium prolixum esset. licet ille omnes ad rei. uen.
pertineant. unde et aduocatus sit cautus ut uideat causam illam
et consideret ex qua uult dicere clientulum suum esse dominum. uerum iure
specificationis uel [illegible] commixtionis uel ex alio et causam illam prosequa-
tur. quas causas inueniet. ff. de acquir. r. do. fere per totum
et specialiter in. l. illa adeo. et inst. de rer. diuisione. ¶ Sunt et
alia necessaria ad hoc ut rei uin. competat de quacumque re loquimur.
siue ex contractu. siue ex aliis causis de iure gentium res illa debeat
uindicari. Est enim necessarium. s. quod res illa que debet uindicari
sit corporalis. incorporalis enim non uindicatur. quia cum non [illegible] possideatur
nec possideri possit. ergo non potest uendicari cum possessio subiciat ad
uniuersarum actionum in rem. ut. ff. de acquir. r. do. l. fiunt. § incorpora-
les. et C. de ali. iu. mu. ca. f. l. unica. et ff. de rei. uin. l. a. § per
hanc. Oppo. Sed opponitur. nam non uidetur hec ratio sufficiens non potest pos-
sideri. ergo non potest uindicari. quia ita probo. lex dicit partem incertam non
posse possideri. ut. ff. de acquir. pos. l. pos. § incertam. Sed pars incer-
ta uindicatur. ut. ff. de rei. uin. que de tota. § incerte. et ff. com.
di. l. et si non omnes. § i. et ff. de rei. uin. marcellus. in fin. et ff. si pars
her. pe. l. i. in fin. Tamen non obstat hiis que dicta sunt. nam uerum
est quod incerta pars uendicatur in casibus per rationes que in legibus illis
redduntur et subaudi quantum ad hoc ut recipiat libellus. in
possessionem [illegible] autem et in ipsa sententia debet fieri certum. ut inst. de act. §
curare. et C. de sen. que sine certa quantitate profertur. non tamen sequitur
quod incerta portio possideatur. et est hic sophistica fallacia accidentis. nam
incerta res uendicatur. i. incerta substancia. quia non possum esse cer-
tus quantum uendicet. non tamen sequitur quod res incerta possideatur
licet possessio subiciat ad uniuersarum actionum in rem. sic uides in hoc
simili. hoc statua est artificialis. i. in eo quod est statua non in eo quod est.
¶ Secundum quod res illa sit singularis uel uniuersitas facti non que iu-
ris sit. ubi gratia. hereditas cum in se unum et actiones contineat ut
dicitur unum quia est successio in uniuersum ius quod defunctus habuit. ut.
ff. de u. sig. hereditas. et alibi hereditas sine ullo corpore per se iu-
ris intellectum habet. ut. ff. de pet. her. hereditas. ¶ Item bonorum
possessiones que iuris continentur. ut. ff. de bonorum poss. l. iii. § bonorum. et l. i.
¶ Item peculium in quo sunt iura. ut. ff. de peculio.
l. quam tu. l. desinis. § in peculio. et § si quid furti. et tunc actiones
que sunt in peculio intentabit. res autem corporales uendicabit.
actiones si sit uniuersitas facti sicut. grex. equitium. ista talis
uniuersitas uendicatur. ut. ff. de rei. uin. l. i. § per hanc. et l. uen-
dicatio. nec admitto quorundam errorem qui noluerunt notare
quod quecumque res uendicari potest illa non possit peti per petitionem
hereditatis. ¶ Veniunt et res proprie testatoris. et adducitur
ar. ff. de pet. her. non tamen. § quod per emptorem. Sed male dicitur.
certum est quod in petitione hereditatis ueniunt et res proprie testatoris
licet et alie ueniant ut pignorate [illegible] deposite. ut
ff. de pet. her. l. Item uidendum. § ult. et l. et in tm. et l. Item
ueniunt et res singulares per pet. her. aduocate. ut. ff. de pet.
her. l. regulariter. et l. licet minima. Quid si res illa fuit propria
testatoris. nichilominus uenit in petitionem hereditatis et melius.

uendicatur cum h'r ab adita h'ditate sit factus dns. ut. ff. de acquir. pos. cum h'des. nec obstat lex contra. C. quod ꝑ eptore. qr ita intelligo illud uerum ee si heredes ipse usucapit
vn etiam uendicare pot ipse q nunq potuit detinet. ideo non
ht peticionem h'ditatis. etiam si de fructus potuissꝫ uendica
re. nichilominus h'is quendicabit et aget petitione h'dita
tis. ut predict. l. ff. de pet. h'. l. q si in diem. § sꝫ si negem
nisi ita intelligeres mala eet ratio que assignatur in p
dicto. §. q ꝑ eptore. qr uendicari pot. ideo non pot peti peti
acce h'. nisi ut dictum e. ¶ Tercium ut res illa mo
bil' ut immobil' sit que de uendicari sit tal' que pos
sit ee in comercio nro. n ergo sacra n religiosa. ut. ff. de rei.
uen. l. inte. § loca. et l. que religiosis. nisi in casu in quo
uendicatio datur. puta p lapide. ut. C. de sacro. s. ec. l. sancim
¶ Quartum exigitur ut adusarius possideat seu tene
at. l' dolo desierit possidere. ut. C. de al. iudi. mu. cau. fa. l. uni
ca. et ff. de rei. uen. offi. et l. fin aut. et ff. de nouat. l. elec
tio. Si enim dolo desiit possidere. conueniri pot rei. uen. directa.
l' utili [illegible] qr ubi defecit si fictio locum ht. ut. ar.
ff. de iur. di. o. iu. si quis idem et ff. si quadru. pau. fe. di
cat. l. pen. ¶ Hanc utilem eam pretoria. an ciuil'. dicunt
quidam pretoriam. ut. ff. de noua. l. electio. et sic explib; §
sꝫ quem. Sꝫ dns ms dicit eam ciuilem ut notat in p
summa de rei. ue. nec obstat lex illa electio. § ij. qr qd ibi
uocat pretoria subaudi extensiue n aut inuentiue. sic et
al' de petitione h'ditatis que dr pretoria ꝑ approbatiom. ut.
ff. si ps h'. pet. l. i. et de act. neg. g. ut. ff. de neg. g. at
pror. et ff. de act. commodati. ut. ff. commodi. l. i. que om̄ ci
uiles sunt. nam et al'. acceptilatio que e inducta ꝑ l.
xii. tab. dicit iuris gentium ꝑ approbatiom. ut. ff. de acce
ept. l. an util'. § ult. Qo Sꝫ illud querit. aliquis a
binitio possidebat et sic egi contra eum actione directa. s. rei ue
dicatione. lite. c. dolo desiit possidere an sit condempnandus l'
absoluendus. ideo quero qr ut dictum e dolo desiit possi
dere conuenit utili. uir q sit condempnandus. cum e q dol
habet possidere. ut. ff. ex fin. aut. sic ergo si possideret.
condempnaret. ita et si dolo desiit possidere. ut. ff. de nou. electio
§. ii. Item si non condempnaret sꝫ absolueretur iam eet in po
testate cuilibꝫ eludere iudicium. q iura noluit. ut. ff.
de arbitris. l. si rem quam. Item stult' eet quilibꝫ conuentus
qui post litem c. re dolo n alienaret. Jte melioris condici
onis eent stulti q periti. q iura noluit. ut. ff. q ui. aut
clam. si uus. Jte eet melioris condictionis male fidei quam bone
fidei q eet absurdum. ut. ff. de nou. l. absurdum. non so
lum. Jtem l. an titulus de litigiosis n h'ent locum ꝑ q a
rei litigiose phibetur alienatio. ut. C. de litigi. l. i. et ii.
et l. ult. Ergo uidetur q sit absoluendus. cum e q ꝑo con
uenitur directa rei. uen. qr possidebat nunc aut qr dolo de
siit possidere conuenit utili. pri ciuil' s quocā. sa pretoria
licet sm nos sit utraque ciuil' et dicat pretoria extensiue.
ut. s. dictum e. ¶ Jte si fieri condempnatio n possꝫ nam
sup pri actione n. cum n possideat. sup hac utili rei uen.
n possꝫ condempnatio fieri qr sup hac n fuit libellus dat' a
nec litis contestatio facta. sup quo g daret sententia diffiniti
ua sup eo q non fuit i iudicium deductum q ee non
pot. cum post litem c. contingit. ideoq alia in pellatione
opus e. ut ff. de iudic. l. n pot. ꝫ ta. Illum qui dolo desiit
possidere dampnandum puto. et forte possꝫ dici in ista utili a
rei. uen. nec mirum si qua fuit directa actio fiat util' ratione
delicti illius. s. doli cum et al' inuentio q ꝑꝑ factum alterius
actio mea mutat'. nam et noual' fit directa ꝑ suo mau
misso et directa fit noual' libo suo. ut inst. de nou. et ff.
de penis. l. i. Sꝫ ut uerius dicam hec actio n mutat' sꝫ q
litatis i noxali et directa. u. ff. de nou. in delictis. § si de certa.

vn dico q n condempnatur in utili sꝫ condempnabitur in directa
ꝑposita. et ibi condempnationis erunt talia. s. qr ꝑo faciet actor
rem litis iurare. et sic quantitate taxata in certa quantitate i
condempnabit. ut. ff. de rei. uen. qui restituere. et q dicit. l. ff.
e. l. fin aut. § sꝫ et si is. quod qui dolo desiit possidere q tene
tur ac si possideret. et q tenetur utili ut dicit. l. ff. de nou. a
electio. locum h't an litem. aliquin obtinet post litem. c. q
supius dicta sunt. et h dicit lex illa fin aut. § sꝫ et si is.
Qo Queri solꝫ an sic sola detentio. Jtem sola possessio sub
iciat adusarium actioni in rem. ut. C. de al'. iu. mu. cau. f. a
l. unica. et ff. de rei. uen. offi. an id sit si aliquis ciuili a
possideat q rei. ue. teneat. puta qn aliquis solo aio pos
sideat. et admittit dns ms q sic. ut notauit i summa de
rei uen. nam si sola detentio subicit. g multo forti et ciuil' Po.
l. si tu obicias. n uir hec ratio qr ut dicit lex illa offi. lo
cum ht ꝑꝑea qr ht facultatem rei restituende q h detinentiom ipi
rei contingit. at qui ht ciuilem quo modo pot tradere. ita tm
de illis modis quibꝫ possessio transfertur. nam aut ht tm ciui
lem. s. aio suo solo aut ciulem suo aio nalem ex ꝑsona co
loni. et sic in om casu pot restituere. Po. De. Jn hac actione a
actor faciat tales positiones. ¶ Ego dico q tal' uendi
dit michi rem talem. ¶ Jte rem ipsam tradidit m. ¶ Et ꝑ
pilla re precium numerauit. ¶ Jte ille qui uendidit fuit
dns. ¶ Jte res ista e res singlaris. ¶ Jte e uniuersi
tas fa. ¶ Jte rem illam tu tenes. l'. possides. l' dolo fecisti
quo minus possideas dicas aliqd i stor n om. ¶ Jte rem
istam emi a ticio et eam tenui ꝑ triennium l' ꝑ x. an. qn in
mobil'. Po. Rei. Ergo reus faciat tales positiones. ¶ Ego dico q ti
cius uendidit michi rem istam. ¶ Jte dico illum fuisse a
dnm. ¶ Jte rem istam q dicis te emisse tu adhuc ꝑ illa
precium debes. ¶ Jte res illa fuit michi tradita. ¶ Jte rem
illam tibi possidꝫ et i solidum. ¶ Jte res ista uniuersitas est a
iuris. Libell. Jn hac aut actione concipiet actor ita libellum. Vo
bis dne. h. iusticiarie seu cameriarie ego. R. de. c. qui te
neo domum talem sitam in loco tali cui fines sunt tales. ex
una parte possido titi. ex alia sepnius. ex alia uia publica
ex alia. Gai. quam domum dico ad me ptinere iure dni. unde ut
q illam domum m restituat. ago contra ipsm et ꝑpono rei uendi
cationem. l' ita. unde peto domum pdictam m ab eo restitui e
fructibꝫ m ꝑceptis et ꝑcipiendis. et ad h'c ꝑpono rei uendica
tionem q ita recte concipiat libellus dic. l. ff. de rei. uen. l. i
rem actio. et l. i. C. de al. iu. mu. ca. fa. l. unica. Jnst.
de act. § ij. ff. de except. rei. iudi. si mat. § ead. in fin. ad
id. ff. de rei. uen. offi. Qo Sꝫ opponit'. non uir libellus
iste bn concept. Jn pncs certum e q contra illum agimus qui obliga
tus e nob ex contractu l' q. ut ex maleficio ul' q. vnde si nullo
iure e nob obligatus contra eum n agimus. ut. inst. de oblig.
et ff. de act. et ob. l. i. at cum rei uen. ago cum illo qui nul
lo iure m obligat' est sꝫ ideo ago qr rem tenet. ut inst. de act.
§ u. ꝑo. q oppono ht locum in ꝑsonalibꝫ. at in realibꝫ sec'
ut in pdicto. r. de act. in pn et ꝑꝑea qn contra ꝑsonam intendo dico
ꝑsonam obligatam et sic contra ipsam actionem intendo. et sm h dr ac
tio e ius ꝑsequendi in iudicio q nob debet'. ut. inst. de act.
in pn. et ꝑꝑea dr actio e alibi. ob. in h consistit n ut aliqd
faciat meum sꝫ nob debitum. ut ff. de act. et ob. l. obligonum
subm. at qn in re agimus nich petimus a ꝑsona sꝫ contra rem ipsam pn
cipali intendo. et si de natura datur facultas loquendi ipi a
rei conuenit. ipa deberet in iudicio respondere. q rem illam defendat
tum teneri seu possessori dat' facultas q rem illam defendat.
vn dicitur cum in re agimus cum eo qui nullo iure nob obli
gat' e. sꝫ ideo agimus qr rem tenet et ht restituendi facultatem
vt. inst. de act. in pn. et de rei. uen. offi. ꝑꝑea et dr actio in ꝑ
sonam. petitio in re ꝑsecutio utraque modo. in gnali aut signi
ficatione actio in re dr actio [illegible] continet gnali noie ac

tois. ut ff. de act. et ob. actionis ubi .gl. actio. Q Item queritur an alia causa sit inserenda ut dicatur ex qua causa dominium ad actorem pertineat cum cause dominii multe possint esse. licet exuna tamen contingat. ut ff. de acquir. pos. possidendi. § ex plurib. et ff. de rei uen. l. et an eadem. § actiones. uidetur quod sic. sine causa enim nemine transigente audiet pretor. ut ff. de transact. cum his. § in hac. ar. C. de edicto diui adri. toll. l. ult. et C. k. y. de apocis publicis. l. i. Contra uidetur quod causa non sit inserenda. nam sufficit si dico rem istam meam esse ut inest actorem proponit licet uba illa non deno tent nomen actionis. sicut nec illa si certum petatur. ut ff. de tri ticaria. l. i. et inst. de actionib. § i. Item dicendo rem meam esse in tendo omne ius meum in iudicium deduxisse unde cum quis ex qualibet cum habuit. ut ff. de exc. rei iudi. l. si mat. § eadem. infra. nec obstant iura allegata quia omnia locum habent in specialib. et non in realib. sed. ut ff. de exc. rei iudi. l. et an eadem. § actiones. Si si uelles dicere quod causa alia esset inserenda. uidere posses legi bus istis. ut diceres uerum est quod causa specialis fuit inserenda. alias non. cum generalitas pariat obscuritatem. ut ff. de iure fisci. l. ita fidei. et in parte ista decernimus quod sufficit libellus in rei uin. si di cat peto rem istam quam dico ad me pertinere iure dominii. et de hoc die notatur. s. de causa agendi. et g. de action. spali. Q Item que ritur an debeat in libello proponi. peto rem istam quam dico ad me pertinere iure dominii uel quasi. et supponitur an talis libellus sit recipien dus. de hoc dic. ut notatur. s. in prox. de publiciana et ea sint actione publiciana cum rei uin. dic ut ibi. Q Item queritur an omnia signa forte rei alicuius mobilis quam nolo uindicare di cenda sint. dicimus quod sic. de quo dic ut notatur. s. e. de act. spali. qualiter et libelli sint concipiendi in qualibet re uindicanda ibi inuenies. Per autem de fructib. adicitur in libello non uidetur quod recte peta tur. quia non possunt peti. exemplum est quod si aliquis rei uin. conueniat et ha beat rei uin. et habet titulum et fuit bone fidei quod semper presumo. ut ff. de fi. di. et lib. l. sicut fuit. § ult. semper lucratur fructus perceptos ante lit. con. ut inst. de rerum di. § si quis a non domino. et ff. finium re gundorum. l. Sed et loci. § post lit. cont. hoc opponis in bone fidei pos sessore habente titulum ut fructus non petantur ante lit. con. percepti. licet post litem fructus percepti ueniant ut in predicta l. finium reg. et est ratio quia post litem con. omnes possessores fuit et pro domino more non sarciuntur. ut ff. de pet. her. l. si sileg. et in missoria. § si ante litem. uerum si possessor habuit titulum si habuit malam fidem tunc tenetur et de fructibus perceptis. titulus enim solummodo ad percipiendis eum excusat. ut C. de rei uin. l. si fundum. et l. certum. multo g. fortius tenetur possessor qui non habet titulum de perceptis et percipiendis. bonum est ergo ut pe tantur fructus in libello in peritiam ei iudici apparebit ante neat uel non possessor de fructibus. Q Sed illud queritur quo uin. petantur fructus uel ueniant. respon. Si lapanni de extantibus et pen dentibus. illi petuntur cum re ipsa et eadem actione quia fructus penden tes fundi pars esse uidentur. ut ff. de rei uin. fruct. et est alibi si mile ut res mobilis quam diu inheret solo dicatur immobilis separata dicitur mobilis in arbore habes. ff. com. di. arbor. et in lapide ut ff. per sacio l. plit. et in grano. ut ff. de act. empt. l. granaria in certa. ut ff. de furt. si certe. et in aceptacio. ut ff. de diu. re tep. § si sep. longe. Si autem fructus sint separati et extant illi pe tuntur per rei uin. et est alia ista rei uin. que datur pro fructi bus ab aliqua illa que datur pro fructibus pro re principali. et qualiter datur rei uin. plenius per l. C. de condict. furt. cum l. mala fide. et ut ff. de exhi. l. de eo. § si quis ex quibus. Si autem sint consumpti a mala fidei. possessore petuntur per condict. sine causa. a bone fidei petitur non pos sunt quia eos lucratur ut dictum est percipiendi autem et eos post litem con. fructus contingentes ueniunt officio iudicis. ut ff. de rei uen. ex diuerso. § petitor. et sic per istud aduocati pro fructi bus petendis proponant actionem quam sibi melius uiderint expe dire per qualitatem negotii sicut dictum est. Q Sed illud queritur si iudex in ipsa sententia rei principalis nichil dicat de fruc tib. numquid possit postea dicere. Respon. eadem die sic.

